JOHANNIS WALLIS, S.T.D.
Geometriæ Professoris Saviliani,
In Celeberrima Academia
OXONIENSI;
Atque Regalis Societatis Londini
Sodalis;

GRAMMATICA
Linguæ Anglicanæ.

Cui præfigitur,

DE LOQUELA
sive Sonorum Formatione,
TRACTATUS
GRAMMATICO-PHYSICUS.

Et (nunc primum) subjungitur,
PRAXIS GRAMMATICA.

Editio Quarta, Prioribus Auctior.

OXONIÆ,
Typis *L. LICHFIELD, Acad. Typog.*
Et prostant venales apud *Joh. Crosley* ibidem.
Anno Domini, 1674.

UMI

JOHANNIS WILLIS, S.T.D.

Geometriæ Professionis Savilianæ,

In Celeberrima Academia

OXONIENSI;

Atque Regalis Societatis Londini

Sodalis;

GRAMMATICA

Linguæ Anglicanæ.

Cui præfigitur,

DE LOQUELA

Sive Sonorum Formatione,

TRACTATUS

GRAMMATICO-PHYSICUS.

Et (nunc primum) subjungitur,

PRAXIS GRAMMATICA.

Editio Quarta, Prioribus Auctior.

OXONIÆ,

Typis LICHFIELD, Acad. Typog.

Prostant venales apud Joh. Crosley ibidem.

Anno Dom. 1674.

Ad Lectorem Præfatio.

Cùm Morem obtinuisse videam, in operis vestibulo lectorem allequendi: quædam etiam & mihi præfanda judico, ut & Suscepti operis Rationes, & quid hac in re præstiterim, paucis ostendam; ipsiúsq; linguæ Anglicanæ originem & progressus tradam.

Lingua illa quam tradimus Anglicana, quæq; nunc dierum non per Angliam modo sed & in Scotia usurpatur, non est vetusta illa lingua Britannica quâ primi olim Britones usi fuerunt, neq; ulla quidem ipsius propago, sed alia prorsus aliunde advecta. Lingua Anglicana.

Obtinuit siquidem apud nos olim lingua vetusta admodum atq; eleganter vernusta; nobis quidem cum finitimis Galliæ incolis communis. Sive enim hæc Insula cum Galliâ olim fuerit isthmo conjuncta; seu potiùs mari disjuncta semper, & nonnisi propter vicinam loci commercio fruens: sive etiam nos ab illis, seu illi à nobis primitùs acceperint incolas, aut etiam utrobiq; cognatæ forsan coloniæ, à Phœnicibus putà, aut Trojanis, aut aliunde deductæ, sedes posuerint: Certè eadem olim utriq; lingua, iidem mores fuerunt. Et quidem, quantum ego judico, Gallis & Wallis, *hoc est Galliæ seu Franciæ, & Walliæ seu Cambro-britanniæ populis communis est dominatio: Nam literarum* G & W *frequentissima est commutatio;* Antiqua lingua Britannica.

& quidem Walliam, *quam nos* Wales *appellamus, ipſi Galli* Gales *vocant; ipſoſq;* Gallos *Germani* Walſhen *appellant; certè qui* Walli *&* Wallones *nunc dicuntur* Gallos *eſſe in confeſſo eſt; nempe Arteſia partiumque adjacentium incolas, ut & incolas Longobardiæ, hoc eſt Galliæ Ciſalpinæ; &* Gaſcoigne, *item* Vaſconia *dicitur: Sic Gallorum* guerre, garant, gard, gardien, garderobe, guiſe, guile, gage, guicher, guimblet, guerdon, Guillaum, gaigner, gaſter, guetter. *&c. idem ſignificant ac Anglorum* Warre, warrant, ward, warden, wardrobe, wiſe, wile, wager, wicket, wimble, re-ward, William, to winne, to waſt, to wait, *&c. Sic* Juglandes *alibi in Angliâ* French nuts *(nuces Gallicas) alibi eodem ſenſu* Wall-nuts *(hoc eſt* Walſh-nuts) *apellamus.* Galatæ *item ſeu* Gallo-græci, *linguam ſuam ſecum ex Galliâ deportaſſe dicuntur; & (referente Strabone) bilingues erant, ſuâ ſimul & Græcanicâ linguâ utentes.* Gallovidia *etiam in Scotiâ ejuſmodi nominis originem forſan obtinuit.*

Magnum habet cum Orientalibus affinitatem.

Erat autem priſca iſthæc Gallis & Britannis communis lingua, ultra omnium hiſtoriarum memoriam antiqua; ut non niſi ex conjecturis, aut dubiæ ſaltem fidei Hiſtoricis, ipſius ſive linguæ ſive etiam populi origines repetendæ ſint: & fortaſſe (ſicut & aliæ Matrices linguæ) ab ipſâ confuſione Babylonicâ ortum duxit. Magnam certè cum linguis Orientalibus affinitatem retinet; non modo in vocum originibus, ut notant D: Iohannes Davies *paſſim in* Dictionario *ſuo* Cambro-Britannico, *&* Samuel Bochartus *in ſuâ* Geographiâ Sacrâ; *qui ipſum* Britanniæ *nomen Arabicæ vel Punicæ originis eſſe putat, nempe* Βρετανικὴν *dici quaſi* ברת אנך barat anach, *hoc eſt,* agrum

agrum *seu terram* stanni & plumbi, *Insulásq; Britannicas (a Panis dictas) eásdem esse contendit quas Graci* κασσιτερίδας *(eodem significatu) appellarunt*: Sed *etiam in Syntaxeos ratione, quæ* Præfixis, Affixis, *& variâ* Statûs *permutatione peragitur, (ut enim habent Hebræi statum Absolutum & statum Regiminis, sic Cambro-Britanni status, ut loquuntur,* Primarium, Mollem, Liquidum, *&* Aspiratum, *prout varietas constructionis postulaverit;) ut liquet in linguæ Cambro-britannicæ Grammaticis a* Johanne Davisio, *& a* Johanne Davide Rhesо, *latinè editis: Addo etiam, Personarum denominationes, adjunctis nempe Patris, Avi, aliorúmque forsan majorum nominibus morem orientalem sapere; nam v. g.* Johannes David Rhesus, *vel in eorum dialecto* Siôn ap Dafyd ap Rhys, *idem est ac* Johannes, filius Davidis, filii Rhesi: *& quamvis nunc dierum habeant quidem, ad Anglorum imitationem, familiarum nomina; sunt tamen ea plerumque merè Patronymica; sunt enim* Price, Powel, Bowel, Bowen, Pugh, Parry, Penry, Prichard, Probert, Proger, *&c. nihil aliud quam* Ap Rhys, Ap Howel, Ap Owen, Ap Hugh, Ap Harry, Ap Henry, Ap Richard, Ap Robert, Ap Roger, *&c. Et* Jones, Jenkin, Davyes, *&c. sunt merè patronymica*; Gryffith, Morgan, Howell, Teudor, Lluellin, Lloyd, *&c. sunt majorum nomina omissâ tamen voce* ap (*hoc est*, mab *filius:*) *& similiter de aliis p'erisque apud eos nominibus judicandum est. Verùm his de rebus non est prolixè nobis disserendum. Qui plura cupit, consulat* Pontici Virunnii *Historiam Britannicam*; Giraldi Cambrensis, *Itinerarium & Descriptionem Cambriæ; & Annotationes D.* Davidis Powel *in duos illos authores ab ipso Latinè editos;*

item tractatus duos philologicos D. Johannis Daviſii, *quorum alter ipſius Dictionario, alter ejuſdem Grammaticæ præfigitur; ſimileſque tractatus duos D.* Johannis Davidis Rheſi *Grammaticæ ipſius præfixos; (ſuum ipſius unum Cambricè ſcriptum, alterum* Humphredi Prichard *Latinè;)* Humphredi Lhoyd, *Deſcriptionem Britanniæ; Item* Guil. Camdeni *Britanniam;* Samuelis Bocharti *Geographiam ſacram, (part. 2. lib. 1. cap. 39, 41, 42.) Item* Iacobi Vſherii Armachani *Antiquitates Britannicas;* Richardi Verſtegan *Antiquitates Angliæ reſtitutas, Anglicè editas;* Henrici Lhoyd *Hiſtoriam Cambriæ Chronologicam per* Davidem Powel *Anglicè editam;* Brerewoodi *antiquas Inquiſitiones, Anglicè item editas: alioſq́ conſimilis ſubjecti ſcriptores: apud quos multa reconditioris cognitionis monumenta reperiuntur. Et quamvis Fabula fortaſſe vetuſtiſſimis nonnunquam ſcriptis immiſceantur, prout in antiquiſſimi temporis hiſtoriis omnibus fieri conſuevit, multum tamen ſubeſſe veri non dubito.*

Quomodo deſuevit in Galliâ; & præſentis Gallicanæ origo.

Verùm primæva hæc utriuſque Gentis lingua ubique magnâ ex parte evanuit. Quod ad Galliam attinet; poſtquam ea in Romanorum poteſtatem devenerat, conati ſunt Romani Latinæ linguæ uſum introducere, ideóque edicta omnia aliaque ſcripta publica Latino idiomate ediderunt, adeóque ut in Hiſpaniâ vetus lingua Cantabrica, ita & in Galliâ priſca Gallorum lingua paulatim deſuevit, quaſi ſimul cum populo ſubjugata; ejuſque loco rudis ut fit Latiniſmus utcunque ſucceſſit, & Romancè *vel* Romanſhe, *hoc eſt lingua* Romana, *ſeu* Romanica, *vel* Romanenſis, *dicebatur: retentis tamen aliquot vocabulis ex antiquâ linguâ. Quum autem* Franci *ſeu* Francones *Germaniæ populus, ſub* Faramondo

duce

duce, ex Franconiâ in Galliam devenerunt, ſuam etiam ſecum linguam attulerunt; ejuſdem quidem originis cum Germanicâ, noſtrâque Anglicanâ, neq; ab his admodum diverſam; quæ etiam aliquandiu ab illis retenta fuit & lingua Francica *dicebatur; uſque dum, ipſis Gallis tandem cum Francis his in unum quaſi populum coaleſcentibus, Franci etiam rudem illum Latiniſmum edidicerunt: admiſcuerunt tamen proculdubio ex ſuâ linguâ voces non paucas: verùm & ſuam Syntaxeos rationem retinuerunt; quæ eadem quidem eſt cum Teutonicâ, ſed tam à Romanâ quam à veteri Gallicanâ prorſus aliena, adeò ut nec à Romanis recepta nec ab antiquis Gallis tranſmiſſa cenſeri poſſit; (quod etiam de ejuſmodi ſyntaxeos ratione apud Italos & Hiſpanos dicendum videtur, eam Longobardos, Gothos, Vandalóſque ex Germaniâ illuc attuliſſe:) Atq; hinc defluxit hodierna lingua Gallica; quæ tamen, ut ipſe populus, denominationem a* Francis *adhuc retinet. Adeóque priſca illa Gallorum lingua per totam ferè Galliam penitus obruta eſt, in ſolâ nunc Armoricâ ſuperſtes, ubi lingua* Armoricana *appellatur.*

Quomodo deſuevit in Angliâ.

Parem etiam fortunam in Britanniâ ſortita eſt. Pura ſiquidem manſit hæc priſca apud illos lingua uſq; ad Romanorum tempora: Poſtquam autem Julius Cæſar, aliique poſt illum, Imperium Romanum huc uſque extenderunt, quanquam propter longiorem a Româ diſtantiam & minorem Romanorum huc confluentium numerum, minorem inde ſubierit mutationem antiquitus recepta lingua, quàm apud Gallos, Hiſpanos, Longobardos, &c. utpote viciniores populos, contigerat; multa tamen Latina vocabula admiſit Lingua Britannica, quæ adhuc retinentur, ſed ita transformata & mutata ut nativas linguæ Britannicæ

tannicæ leges & Syntaxin omnino subierint, neq; insignem aliquam ipsius mutationem præstiterint: nec dubito è contrà quin & Romani, sive ex Britanniâ sive ex Galliâ, verba Britannica reportaverint, (quorum non pauca apud Cambdenum, Bochartum, aliósque, collecta videmus.) Postea verò, quum Anglo-Saxones, Germaniæ item populus, (si saltem Germaniæ fines, quod aliqui faciunt, eo usq; extendere liceat ut Danos etiam & Norwegios comprehendant) in Britanniam pervenerunt, eodem circiter tempore quo Franci in Galliam, & post diuturna bella rerum potiti sunt, Britannos, cum suâ linguâ Britannicâ, expulerunt; qui tamen montanas Cambriæ seu Walliæ regiones adhuc obtinent, Cambri & Walli dicti, suamq; linguam retinent; ut & Cornubienses aliquot in extremis Cornubiæ sive Cornwalliæ partibus, linguámq; Cornubicam appellant: sed & Hiberni, (quò nec Romani, quod sciam, nec Saxones olim pervenerunt,) ut & Insulares atq; Monticolæ in Scotiâ, (Islanders & High-landers vulgò dicti) quorum lingua ab Hibernicâ parum differt, linguam adhuc retinent Cambro-Britannicæ affinem, quæ & olim omnino eadem fortassis erat, quamvis nunc dierum à Cambricâ magis aliquanto differat quàm vel Cornubica, vel Aremoricana, vix antè magis quàm hodierna Germanica ab Anglicanâ. Scaliger tamen (de linguis Europæ) & eum secuti Merulâ (in ipsius Cosmographiæ) aliiq; manifesto errore, linguam Hibernicam pro Matrice distinctâ reputant, nullámque cum Britannicâ cognationem habere sentiunt; at rem secus esse & Camdenus antehac observavit, & res ipsa loquitur. An autem cum linguâ Cantabricâ Hispaniæ affinitatem ullam sortiatur, fateor me penitus ignorare, nec impræsentiarum

vacat

vacat penitiùs inquirere, & potiùs contrarium sentio; in paucis saltem illis quæ apud Merulam *extant linguæ Cantabricæ speciminibus, nulla quidem linguæ Cambricæ vestigia notare possum: fieri tamen potest ut Hiberni nonnullas voces Cantabricas retineant, si saltem* Hiberni *ab* Iberis, *ut creditur, descenderint; habent certè Hiberni voces non paucas quæ Britannicam originem non sapiunt, at unde habuerint nescio. Verùm* Cambriæ *appellatio, quanquam quoad sonum* Cantabriæ *videatur non absimilis, majorem fortè cum* Cimbris *vel* Cimmeris (*Cimbricæ Chersonesi incolis,*) *quàm cum Cantabris, cognationem sortiri possit; nam Cambro-Britannus linguâ suâ,* Cymro (*seu* Cumro) *dicitur, & a* Gomero (*uno ex Japheti posteris*) *denominationem olim accepisse posse creditur. Sed & Gallos etiam* Cimbros *vel* Cimeros *antiquitus dictos fuisse, Camdenus ostendit.*

Quod autem in Galliâ factum diximus, nempe quòd Galli post Francorum adventum, suam tamen linguam (non quidem primigeniam, sed quæ ipsius loco successerat) tandem quasi postliminio (mutato tamen nomine) reduxerint, ideo quidem quòd in unum cum Francis populum coaluerint: hoc in Angliâ neutiquam obtinuit. Nam Britanni, quanquam mille mala passi, Religioni tamen suæ (Christianismo scilicet,) & patriis ritibus addictissimi, nunquam sustinuerunt ejusmodi cum Saxonibus (tunc quidem Ethnicis) consortium aut coalitionem, sed infensissima odia per multa secula coluerunt, quæ quidem vix-dum penitùs deposuere.

Anglo-Saxones autem, antiquas ut dictum est Britonum sedes nacti, partem illam quam obtinuerunt Britanniæ, Angliam *dixerunt; eámque quam secum attulerunt linguam* Anglicam; *quam nunc* Saxonicam

Lingua Anglo-Saxonica.

Saxonicam *vel* Anglo-Saxonicam *vulgò dicimus, ut ab hodiernâ Anglicanâ distinguamus. Erat autem illa Anglo-Saxonum lingua, antiquæ Teutonicæ propago, ut & Francica illa in Galliam advecta, & hodierna Germanica, Belgica, Danica, Suevica, Borussica, aliaq; affines linguæ. Et ferè pura mansit in Angliâ, seu impermixta, usq; ad* Normannorum *tempora; nisi quod voces aliquot Cambricas admiserit, ut & Cambrica vice versâ ex hac nonnullas. Quamvis enim* Dani *interim hic pedem posuerint, nulla tamen inde linguæ insignis immutatio secuta est, nam & eorum lingua vel plane eadem erat vel saltem maximè affinis. Quum verò* Gulielmus *Normanniæ dux,* Conquestor *dictus, Normannos suos huc advexerat; Angliam nactus, Anglicanæ linguæ mutationem aggressus est, Gallicanam inducere satagens, quâ ipse in Normanniâ usus erat. Quamvis enim* Normanni *sive* Northmanni, *dum antea* Norwegiæ *populus fuerant, eâdem olim linguâ usi fuerunt quâ & Anglo-Saxones (populus olim vicinus) eâ nempe quæ tunc in Angliâ obtinuit; post eorum tamen in* Neustriam (Normanniam *deinceps dictam*) *adventum, nativâ suâ linguâ Gallicanam (nempe, Romanicam, seu Franco-Gallicam) permutârunt, quam etiam Conquestor secum nunc in Angliam apportare voluit; & propterea Diplomata & edicta publica, ut & res juridicas, linguâ Neustricâ seu Gallicanâ peragi curavit. Non autem quod agressus erat, est assecutus; quippe quòd Normannorum qui huc advenerant, si ad Anglos quibus immiscebantur, comparentur, exiguus erat numerus, qui adeo suam citiùs amiserunt linguam quàm Anglicanam immutare possent. Quamvis autem, hac de causâ, priùs recepta lingua Anglica permanserit.*

Quousque Normanni linguam Anglicanam mutaverint.

Illud

Illud saltem inde insecutum est, ut multa vocabula Gallica, sed Latina ut plurimum origine (nam quæ Galli retinent Germanicæ originis, a Francis illuc deducta, quanquam Gallis forsan nobiscum nunc Communia, nobis tamen quam illis potius nativa censenda sunt: & quæ ex priscâ suâ linguâ retinuerunt, ipsis nunc cum Cambris communia, nos etiam ex antiquâ Britannicâ retinuisse, vel à Cambris potius quam a Gallis accepisse censendum est,) in linguam Anglicanam irrepserint, multâque Anglicana sensim desueverint. Nec quidem temerè contigisse puto, quod Animalia viva, nominibus Germanicæ originis vocemus, quorum tamen Carnem in cibum paratam, originis Gallicæ nominibus appellamus, puta, Bovem, Vaccam, Vitulum, Ovem, Porcum, Aprum, Feram, &c, an Ox, a Cow, a Calf, a Sheep, a Hog, a Boar, a Deer, *&c ; sed Carnem Bubulam, Vitulinam, Ovinam, Porcinam, Aprugnam, Ferinam*; Beef, Veal, Mutton, Pork, Brawn, Veniſon, *&c*: *Sed hinc id ortum putaverim, quòd Normanni milites Pascuis, Caulis, Haris, lociſq; quibus vivorum animalium cura agebatur, parciùs se immiscuerint, (quæ itaq; antiqua nomina retinuerunt ;) quàm Macellis, Culinis, Mensis, Epulis, ubi vel parabantur vel habebantur cibi, qui itaq; nova nomina ab illis sunt adepti.*

Ex eo autem tempore admista fuit exoticarum vocum farrago satis superque numerosa : Non, quod lingua Anglicana ex se sterilis sit & verborum inops, est enim & verborum & elegantiarum Latinis abunde plena, & (si libet) ad luxuriem copiosa, nec quicquam deest quin ex propriâ supellectili acutissimos sensus valeamus signanter exprimere & ἐμφατικῶς: ut vel ex unius Spenseri *poematis*

abundè

abundè liquet, cujus phrasis terſa ſatis & eleganter compta, & copia plena, caſta tamen & exotico ornatu minimè adulterata: Sed partim quod, propter varia cum exteris commercia, & frequentia præſertim in Regiis familiis connubia, agrè potuerit evitari; partim etiam quod nimia innovandi affectatio (hoc ſaltem ſupremo ſeculo) inordinatâ prurigine multos irritaverit peregrinas voces, præter neceſſitatem conquirendi, qui nihil vel eleganter vel emphaticè dici poſſe exiſtimant quod non inſolitum quiddam aut peregrinum ſonum ſapiat.

Hodierna lingua Anglicana.

Atque hiſce partim miſturis, partim longiori temporis tractu, qui etiam in aliis linguis inſignem mutationem præſtare ſolet, factum eſt, ut lingua illa Anglo-Saxonica in præſentem linguam Anglicanam ſenſim mutata fuerit. Neq; Angliâ ſolâ concluſa eſt hæc lingua, ſed Angliæ fines egreſſa præcipuas etiam Scotiæ partes occupavit. Quod eo præſertim tempore factum puto, cum Normanni Angliam invaſerunt: nam Anglorum Regia familia, & ex nobilibus non pauci, præter alios etiam ex plebe, Angliâ pulſi in Scotiam recepti, linguam ſuam ſecum portârunt, quæ continuis ſubinde commerciis confirmata eo uſque invaluit ut eadem nunc ſit Anglorum & Scotorum lingua: Niſi potius dicendum videatur, cultiorem hanc Scotiæ partem & Angliæ proximam eoſdam cum Angliâ incolas nactam eſſe, ex Saxonibus oriundos, & fuiſſe olim Regni Nordanhumbrorum *partem; Nam Scoti Montani (*Highlanders *dicti) hos (qui vocantur* Lowlanders,*) non minus quam Anglos,* Saſſons *(hoc eſt* Saxones*) appellant: ſe verò* Gael & Gaiothel *dixerunt olim. At Montani illi Scoti, & Inſulani (variarum adjacentium inſularum incolæ,) qui magnam quidem, ſed incultiorem, Scotiæ partem occupant,*

ad

ad Septentrionalem & Occidentalem Scotiæ partem positi, antiquam linguam Britannicam, seu potius Hibernicam adhuc retinent: sunt enim Pictorum (*hoc est, antiquissimorum Britonum, jugum Romanum dedignantium, in montosas hasce & asperrimas regiones pulsorum*) *reliquiæ, admistæ* Scotis (*a* Scythis *forsan, aut* Gothis, *olim oriundis*) *ex Hibernia huc advectis.*

Est igitur illa quam trado lingua Anglicana, *antiquæ Teutonicæ propago, sicut & hodierna Germanica, Belgica, Danica, aliaque affines; & quidem pari modo ab his differt, quo & ipsæ inter se.*

Hujusce autem linguæ Grammaticam institutionem ideo aggressus sum, quòd ipsius cognitionem videam ab exteris non paucis maximè desideratam: quo possint varia illa & maximi momenti scripta intelligere, quæ apud nos nostro extant idiomate. Multi nempe sunt, præsertim ex Theologis exteris, qui Theologiam Practicam, *prout a nostris tradi consuevit, summoperè cupiunt intueri; quâ in re Concionatores nostros, faventibus Divini numinis auspiciis, profectus non vulgares fecisse in confesso est; partim quidem quoniam minor fuerit necessitas de rebus Controversis ad populum verba faciendi, quàm ubi Pontificii Reformatis passim immiscentur; & partim etiam quod multi ex populo Anglicano seriò pii, sincero cordis affectu pietatis ἐνέργειαν amplexi, & (pro more populi)* ἐυσεβείας *severiorem Religionis praxin & intelligere desideraverint & exercere, unde & ejusmodi Concionatorum avidi auditores fuerint qui Theologiæ praxin efficaciùs tradiderunt, eorumque scripta diligentiùs evolvere consueverint. Sed & præterea, non Theologica tantum, verum etiam omnigena literaturæ scripta, passim exstant Anglicano idiomate*

Operis susceptí ratio.

mate edita; adeò ut sine fastu dicere liceat, vix quicquam solidioris eruditionis esse, quod non sit nunc dierum etiam in ipsâ linguâ Anglicanâ saltem mediocriter traditum; & multa quidem quotidie scripta prodeunt desideratissima.

Cum autem ea quæ jam dicta sunt hujusce linguæ desiderium apud multos faciant, conqueruntur tamen exteri non rarò, linguæ nostræ difficultatem tantam esse ut illam non facilè assequi valeant; sed & ex nostratibus aliqui, quod tamen mirandum est, nescio quam perplexam somniant & intricatiorem linguæ nostræ rationem, ut ægrè possit Grammaticæ leges subire; adeoq; tam qui discere quàm qui docere volunt, confusè plerumq; rem aggrediuntur, unde & tædii multum & molestiæ consequi necesse est. Cui ego malo ut remedium ferrem hoc quicquid est operis ultrò suscepi, ut linguam in se facillimam brevibus præceptis traderem, unde & exteri faciliùs illam addiscere valeant, & nostrates veram nativæ suæ linguæ rationem penitius perspiciant.

Non ignoro alios ante me hoc aliquando aggressos esse, & aliquid etiam non contemnendum præstitisse, nempe Doctorem Gill *Latinè*, Benjaminum Johnson *Anglicè, & nuper non male* Henricum Hexham *Belgicè, (quem tamen mihi non prius videre contigit quam totum opus consummaveram, & quidem ultimæ paginæ sub prelo erant). At nemo eorum, quantum ego existimo, illâ insistit viâ quæ huic negotio maximè est accommodata: omnes enim ad Latinæ linguæ normam hanc nostram Anglicanam nimium exigentes, (quo etiam errore laborant fere omnes in aliis modernis linguis tradendis,) multa inutilia præcepta de Nominum Casibus, Generibus, & Declinationibus, atq; Verborum Temporibus, Modis, & Conjugationibus,*

nibus, de Nominum item & Verborum Regimine, aliisq; similibus tradiderunt, quæ linguæ nostræ sunt prorsus aliena, adeoq; confusionem potiùs & obscuritatem pariunt, quàm explicationi inserviunt.

Et propterea novâ prorsus methodo incedendum esse mihi visum est, quam non tam usitata Latinæ linguæ, quàm peculiaris linguæ nostræ ratio suadet: totâ nempe Nominis Syntaxi Præpositionum ferè auxilio præstitâ, & Verborum Conjugatione facili Auxiliarium ope peractâ, illud levissimo negotio peragitur, quod in aliis linguis ingentem solet afferre molestiam. Tractandi methodus.

Sunt quidem & apud Latinos nonnulla, tam Substantiva quam Adjectiva, quæ Aptota sunt & planè Indeclinabilia, ut pondo, nihil, instar, sat (substantivè positum) frugi, nequam, præsto &c. quæ tamen ad aliorum imitationem, Genera & Casus habere supponuntur, licet, per Casus omnes omniaque Genera, invariata prorsus maneant: At vero, si eorum Substantiva omnia Aptota essent, & Adjectiva planè indeclinabilia; certo certiùs de Casibus & Generibus Nominum omnino altum fuisset silentium, & magna simul eorum pars, quæ de Nominum Syntaxi jam necessario traduntur, nusquam conspiceretur. Atque idem etiam de variis verborum Modis & Temporibus formandis planè eveniret, si omnia utriusque vocis Tempora ejusmodi solùm circumlocutionibus exprimenda essent, quales in quibusdam Passivæ vocis Temporibus conspiciuntur. Apud nos igitur, ubi res omnino secùs se habet quàm apud Latinos, cur hujusmodi Casuum, Generum, Modorum, Temporúmq; fictam & ineptam planè congeriem introducamus citra omnem necessitatem, aut in ipsâ linguâ fundamentum, nulla ratio suadet.

Recepta tamen apud Latinos artis vocabula, quanquam

quam linguæ noſtræ nonuſquequaq; accomodata, retinenda cenſui; partim quòd ſignificationis jam notæ ſint, partim etiam quòd nollem præter neceſſitatem quidpiam innovare. Ut autem tadium quantum fieri poteſt evitetur, ſuccinctâ phraſi uſus ſum, & ea quæ minoris momenti & χρειωδεα videri poſſint, diſtincto charactere ſecernenda curavi.

De Pronunciatione & Sonorum formatura.

Pronunciationem, ſive Literarum Sonum quod attinet, conatus ſum eodem modo explicare quo in aliis linguis fieri ſolet; collatis ſcilicet ſimilibus aliarum linguarum ſonis cum noſtris; ut, cum e *Anglicum eodem ſono efferri dico, quo Gallorum* é *maſculinum.*

Quoniam verò nonnunquam contingat, ut hoc modo ignotum per ignotius explicare videar, cùm alii fortaſſe non magis intelligant ſonum Gallicum quàm Anglicanum; neq; tamen aptior modus occurrere ſoleat in hujuſmodi ſcriptis, quo, ſine vivâ voce, literarum ſoni explicentur; novâ etiam & hîc viâ incedendum eſſe cenſui: ideóq; variam literarum formationem ore aliiſq; loquelæ inſtrumentis peractam tradidi; unde non minùs accuratè debiti ſoni indicari poſſe videantur, quàm ſi vivâ voce efferantur.

Hoc autem fuſius aliquantò, & peculiari Tractatu præfixo, tradere mallem, quàm ipſi Grammatices Syſtemati immiſcere, partim quòd non magis ad linguam Anglicanam ſpectare videatur quàm ad quamvis aliam; partim etiam quòd omninò novum ſit, nec ab aliis, quod ſciam, tentatum: Quamvis enim quarundam literarum formatura ſparſim apud nonnullos tradita conſpiciatur, neſcio tamen an quiſpiam totam loquelæ rationem conjunctim & Syſtematicè tradiderit. Dum autem hoc aggredior, novam me præter aliorum methodum, literarum diſtributionem inducere, lector non mirabitur.

Eam

Eam verò quam hic trado Sonorum Formationem (*Anno* 1653 *primò editam*) *postquam attentius perpenderam; non modò hinc ex nostratibus nonnullos, ad sonos præsertim aliquot literarum, seu hæsitantes, seu balbutientes, docuerim clarè atque expeditè illos eloqui; atque exteros aliquot de sonis quibusdam ut difficillimis aut (sibi saltem) impossibilibus conquestos, docuerim exemplò eosdem facilè & absque ullâ molestiâ proferre; (monstrato tantùm quo organorum positu proferri debeant soni; aut corrigi, quum sive organorum vitio sive pravâ consuetudine contraxerant, hæsitantia:) Sed unos etiam (eò quod surdi fuerint) planè Mutos, Loqui docui & nulla non vocabula (sive ex nostris, sive quæ exteri ut omnium difficillima proposuerint, distinctè proferre; sed & (quod huc tamen non spectat) animi sui sensa aut verbis eloqui aut scripto consignare, atque ab aliis scripta legere & intelligere. Nec dubito idem in quovis alio me præstiturum* (*modò sani cerebri sit, & cui loquelæ organa non sint vitiata aut pravè conformata,*) *utut surdus sit vel maximè.*

Tandem, sub calcem operis, adjunxi de Etymologia *tractatiunculam brevisculam; quâ vocum cognatarum invicem tam Convenientiam quàm Discrepantiam breviter adnotavi, & simul præcipuarum apud nos servilium Terminationum usum; atque voces exoticas in linguam nostram inserendi morem; denique & frequentem apud nos* Homonymiæ, *seu vocum, ipso sui sono varias rerum significatarum affectiones indicantium, formationem insinuavi; non quidem ejusmodi voces omnes, recènsendo, sed ejusmodi saltem aliquot monstrando qualium ingentem quilibet numerum observare poterit.*

Si

Si quis autem, ex vestratibus præsertim, hoc totum quidquid est operis penitùs omitti posse credat, neque rem magnam esse dicat vernaculam linguam callere ejusque minutias observare: hoc solum respondeo: Multa esse quæ, quamvis cognita non magnam mereantur laudem, eadem tamen ignorata, non leve possint dedecus imprimere.

Atque hæc fere sunt quæ Lectorem monueram in Editione Primâ Anno 1653. Oxonie. In Secundâ, ibidem, 1664. adjeci nonnulla, nec tamen multa. Quam secuta est Hamburgi Tertiâ, 1671. In Quartâ hac, auctiora multa sunt; præsertim Capitibus 14 & 15. Quæ autem ad calcem sequitur Praxis Grammatica, *nunc primùm prodit.*

INDEX.

Errata sic emendentur.

PAg. 28. l. 8 marg. J Consona. l. 12. lodying p. 30. l. 29. ante ō. p 65. l. 6. præponunt. p. 76. l. 11. rectrici. p. 95. l. 24. tradidimus. p. 112. l. 17. insumatæ eoque inflatæ. p. 124. l. 4. à 9 p. 126. l. 12. usu. l. 15. Itali. p. 129. l. 1. affectaveeint. p. 134. l. 25. his éar. l. 29. ceu. p. 138. l. 10. Belgarum. p. 139. l. 26. quod Latini. p. 161. l. 15. Sanctam. p. 169. l. ult. ab r ad l, nam. p. 178. l. 12. earum.



Tractatus Proœmialis,

DE LOQUELA,

sive

Literarum omnium Formatione & genuino Sono.

SECT. I.

De Loquelâ in genere, ejúsque affectibus.

EX conjunctis *Vocibus* Sententias, ex conjunctis *Syllabis* Voces, & ex conjunctis *Literis* Syllabas, fieri; Sententias item in Voces, voces in Syllabas, eásque tandem in Literas, resolvi; notius est quam ut dictu opus sit. Cùm autem in Literis terminetur analysis, seu vocum resolutio, tanquam in primis Elementis non ulteriùs resolvendis, (quare & στοιχεῖα Græcis dicuntur:) *Litera* dicenda est *Sonus in voce simplex seu incompositus, in simpliciores indivisibilis.* Et peculiari plerumque Charactere designatur. *Litera, quid.*

Sin malit aliquis non *Sonum* ipsum simplicem, sed *Characterem* soni simplicis indicem, Literam appellare, fruatur, per me licet, arbitrio suo: ego

Unde dicatur. hac ex parte, nullam movebo litem. Fateor enim Græcorum γράμμα a *scribendo*, & Latinorum *Literam* vel a *lineando* (ut Scaligero videtur) vel potiùs (ut ipsa *linea*) a *linendo* dici: ut illud significet vox utraque quod chartæ *inscriptum* est vel *oblitum*.

Quodsi occurrat aliquando Character aliquis sonum exprimens non omnino simplicem, sed ex duobus pluribúsve conflatum, & in totidem resolubilem; non tam *Litera* dicendus est Character iste, quàm *literarum aliquot abbreviatura*, sive in unam notam contractio, tot reverâ literas in se continens quot sunt simpliciores illi soni ex quibus conflatur potestas ejus. Hoc in Latinorum *&*, *x*, Græcorum ξ, ψ, ϛ, Hebræorum צ aliísque aliquot, notissimum est: couflantur enim ex *et*, *cs*, *κς*, *πς*, *στ*, טס.

E contrà verò, Sonus simplex, quamvis pluribus fortasse Characteribus describatur, pro unicâ literâ censendus est. Sunt enim *th*, *ph*, non minus quam θ, φ, *f*, literæ simplices.

Instrumenta loquela, eorúmque usus. Literas efferendi, & universam quidem Loquelam perficiendi, instrumenta sunt præcipua, Pulmo & Larynx, cum adjacente Asperâ Arteriâ; item Lingua, Nares, Labia, variæque Oris partes.

Ex Pulmone per Asperam Arteriam efflatur Spiritus, sive inspiratus aër, qui quasi vocis sive loquelæ Materiam subministrat. Ex hujus enim variâ collisione Sonorum oritur varietas, tam quoad Tonos, quã quoad Articulationem. Hæc autem diversificatio non ab ipso Pulmone, sed aliunde, provenit; ut mox dicetur. Nulla enim alia a pulmone provenit Sonorum variatio, nisi quatenus majori minoríve violentiâ spiritum extrudit; unde vox evadit (cæteris paribus) magis minúsve fortis & sonora. Illud enim præstat in loquelâ Pulmo, quod in Musicorum Organis Folles.

Sonorum fortitudo & debilitas, unde.

Tono-

Tonorum varietas, quoad *Gravitatem* scilicet & *Acumen*, partim ex Trachæa, sive asperâ arteriâ, ortum habet: nam, ut tubus, sic trachæa, longior & strictior Sonum efficit magis Acutum brevior autem & magis dilatata Graviorem: (Unde, saltem ex parte, oritur Tonorum varietas in diversorum hominum vocibus, aut quidem ejusdem hominis in variis ætatibus:) Sed præcipuè ex Laryngе, seu nodo gutturis: Prout enim Laryngis rimula magis minúsve aperitur; ita & vocis Tonus magis Gravis est aut Acutus. Estque hæc totius modulationis Musicæ sedes. *Tonorum Gravitas & Acumen, unde.*

Ex eâdem etiam sede petenda est ratio diversitatis, mollioris *Susurri*, ab apertâ loquelâ. Nam, si inter loquendum tremula fiat Laryngis & Trachææ concussio, (nempe propter tensionem,) fit aperta loquela; Sin minùs, fit Susurrus, (*Whispering*, vulgò dicimus,) laxiori nempe trachæâ & minùs tensâ. Non sunt autem literæ omnes hujusce diversitatis capaces; sed eæ solummodò quas Vocales, Semivocales & Semimutas infrà dicimus, (& quæ ex Semimutis ortum ducunt:) Nam quæ simpliciter Mutæ sunt *p*, *t*, *c*, (vel *k*;) eaqúmque aspiratæ, concussionem illam nunquam admittunt; nec differt earum sonus in apertâ loquelâ, ab eo quem in susurro habent. *Susurrus ab apertâ loquelâ, quomodo differat.* *In quibus literis fiat.*

Ad eandem etiam sedem referenda est Raucedo, catarrhi sæpe omnes, Laryngis illam & Trachææ concussionem impediens. *Raucedinis causa.*

Vocum *Articulatio*, sive diversarum *Literarum* formatio, tunc incipit, postquam Spiritus extra Laryngem pervenit: Et, Naribus, Ore, Lingua, Labiis, ferè tota perficitur. *Vocis Articulatio, ubi fiat.*

Literarum autem aliæ *Vocales*, aliæ *Consonæ*, dici solent. *Literarum divisio in Vocales & Consonas.*

SECT. II.

De Vocalibus.

Vocalium Distributio & Numerus. VOcalium numerus, apud diversas gentes, (saltem si Characteres spectemus,) omnino idem non est. Plures autem audiri Vocalium sonos, quàm sunt Characteres vulgò adhibiti, apud omnes ferè in confesso est. Ego illas omnes in tres omnino classes distinguendas esse judico; *Gutturales*, *Palatinas*, & *Labiales*; prout in Gutture, Palato, aut Labiis formantur. Quibus respondent totidem Arabum Vocales; *Phatha*, *Kesra*, *Damma*; iisdem sedibus formatæ: Hebræorum item tres literæ א ו י quas *Matres lectionis* vocant; atque olim omnium vocalium instar, ante inventa puncta vocalia, fuisse creditur.

Si verò pro numero Sonorum vocalium, qui nunc dierum audiuntur, Vocalium Numerus (ut par est) censeatur, omnino *Novem* esse, dicendum erit: tres in Gutture, tres in Palato, & in Labiis totidem; pro triplici nimirum, in singulis sedibus, oris aperturâ, *Majori*, *Mediocri*, *Minori*,

Gutturales. Gutturales in summo *Gutture* formantur, seu posteriori linguæ & palati parte, aere moderatè compresso.

â,ŏ,aperta. Et quidem, si *aperturâ Majori*, seu pleno rictu, spiritus exeat; formatur Germanorum *â*, vel *ŏ* apertum. Neque Germani solùm, sed & Galli, aliíque non pauci, eodem sono suum *a* plerumque proferunt. Angli sonum illum correptum, per *ŏ* breve; productum vero, plerumque per *au*, vel *aw*, rariùs

rariùs per *â* exprimunt. Nam, in *fâll*, *folly*; *câll*, *collar*; *laws*, *loſſe*; *cauſe*, *coſt*; *aw'd*, *odd*; *ſaw'd*, *ſod*; aliiſque ſimilibus; idem prorſus Vocalium ſonus auditur in primis ſyllabis, niſi quòd illic producatur, hic corripiatur.

Eodem loci, ſed aperturâ faucium *Mediocri*, formatur Gallorum *e* fœmininum; ſono nempe obſcuro. Non aliter ipſius formatio differt à formatione præcedentis *â* aperti, quàm quòd magis contrahantur fauces, minùs autem quàm in formatione Vocalis ſequentis. Hunc ſonum Angli vix uſpiam agnoſcunt: niſi cum vocalis *e* brevis immediatè præcedat literam *r*; (atque hoc quidem non tam quia debeat ſic efferri, ſed quia vix poſſit aliter; licet enim, ſi citra moleſtiam fieri poſſit, etiam illic ſono vivido, hoc eſt maſculo, efferre;) ut *vertue*, virtus; *liberal*, liberalis; *liberty*, libertas, &c. *e fœminiinum.*

Ibidem etiam, ſed *Minori* adhuc faucium aperturâ ſonatur *o* vel *ŭ* obſcurum: Differt à Gallorum *e* fœminino, non aliter quam quòd, ore minùs aperto, labia propiùs accedant. Eundem ſonum ferè proferunt Galli in poſtremâ ſyllabâ vocum *ſervitetur*, *ſacrificatetur*, &c. Angli plerumq; exprimunt per *ŭ* breve, in *turn*, verto; *burn*, uro; *dull*, ſegnis, obtuſus; *cut*, ſeco, &c. Nonnunquam *o* & *ou* negligentiùs pronuntiantes eodem ſono efferunt, ut in *come*, venio; *ſome*, aliquis; *done*, actum; *company*, conſortium; *country*, rus; *couple*, par; *covet*, concupiſco; *love*, amo; aliiſque aliquot; quæ alio tamen ſono rectiùs efferri debent. Cambro-Britanni ubique per *y* ſcribunt; niſi quòd hanc literam in ultimis ſyllabis plerumque ut *i* efferant. *o*, *ŭ*, *obſcura*

Vocales

Palatinæ. Vocales Palatinæ in *Palato* formantur; aere scilicet inter palati & linguæ medium moderatè compresso: Dum nempe concavum palati, elevato linguæ medio, minus redditur, quàm in gutturalibus efferendis. Súntque hæ in triplici gradu, prout concavũ magis minúsve contrahitur: quæ quidem diversitas duobus modis fieri potest; vel fauces contrahendo, manente linguâ in eodem situ; vel faucibus in eodem situ manentibus, linguæ medium altiùs & ad anteriores palati partes elevando: utrovis enim modo fiat, vel etiam si utroque, perinde est.

á exile. *Majori* aperturâ formatur Anglorum *a*, hoc est, *á* exile. Quale auditur in vocibus, *bat*, vespertilio; *bate*, discordia; *pal*, palla Episcopalis; *pale*, palidus; *Sam* (Samuelis contractio;) *fame*, idem; *lamb*, agnus; *lame*, claudus; *dam*, mater (brutorum;) *dame*, domina; *bar*, vectis; *bare*, nudus; *ban*, exsecror; *bane*, pernicies, &c. Differt hic sonus à Germanorum *á* pingui seu aperto; eo quod Angli linguæ medium elevent, adeóque aerem in Palato comprimant; Germani verò linguæ medium deprimant, adeóque aerem comprimant in Gutture. Galli ferè sonum illum efferunt ubi præcedit literam *m*, vel *n*, in eâdem syllabâ, ut *entendement*, &c. Cambro-Britanni, hoc sono solent suum *a* pronunciare.

é masculinum. Ibidem item, sed *mediocri* oris aperturâ, formatur Gallorum *é* masculinum: Quo modo Angli, Itali, Hispani, aliique hanc literam efferre solent; vivido & acuto sono. Est enim sonus medius inter vocalem præcedentem, & eam quæ mox sequetur. Hunc sonum Angli non modò per *e*, sed & (ubi producitur) non rarò per *ea*, & aliquando per *ei*, exprimunt. Ut, *the*, (articulus;) *there*, ibi; *these*, hi;

hi; *sell*, vendo; *seal*, sigillum; *tell*, nuncio, numero; *teal*, querquedula; *steal*, furari; *set*, sisto; *seat*, sella; *best*, optimus; *beast*, bestia; *red*, rubicundus; *read*, lego; *receive*, recipio; *deceive*, decipio, &c. Quanquam reverâ voces per *ea* scriptæ rectiùs pronunciarentur, si, præter sonum ipsius *e* producti, etiam sonus Anglici *a* (raptissimè pronunciati) adjungeretur; prout olim pronunciatas fuisse verisimile est, atq; in aliquibus locis, præsertim septentrionalibus, etiamnum pronunciantur. Quæ verò per *ei* scribuntur, rectiùs item per conjunctum utriúsque literæ sonum efferri possent.

Ibidem etiam, sed *minori* adhuc oris aperturâ, formatur *i* exile; Gallis, Hispanis, Italis, & plerisq; aliis familiare. Hunc sonum, quóties correptus est, Angli per *i* breve exprimunt; quum verò producitur, scribunt ut plurimum per *ee*, non rarò tamen per *ie*, vel etiam per *ea*. Ut *sit* sedeo; *see'r*, id video; *fit*, idoneus; *feet*, pedes; *fill*, impleo; *feel*, tactu sentio; *field*, ager; *still*, semper, quietus; *steel*, chalybs; *ill*, malus; *eel*, anguilla; *in*, in; *inne*, hospitium; *sin*, peccatum; *seen*, visum; *friend*, amicus; *fiend*, cacodæmon; *near*, prope; *dear*, charus; *hear*, audio, &c. Quanquam reverâ, eorum quæ per *ea* scribuntur, nonnulla etiam (& quidem meliùs) scribuntur per *ee*, alia potius per *é* masculum efferuntur, adjuncto etiam si libet exilis *á* sono raptissimè pronunciati. Cambro-Britanni sonum hunc, non modò per *i*, & (in ultimâ syllabâ) per *y*, sed & per *u* scribunt, quam literam hoc sono semper efferuntur, adeóque dipthongos *au eu* omnino ut *ai ei* pronunciant. *ee, i, exile.*

Vocales Labiales, in ipsis *Labiis* (in rotundam formam collectis) formantur; aere ibidem moderatè *Labiales.*

ratè compresso. Sùntque hæ etiam in triplici gradu, seu differentiâ.

ô rotundum. *Majori* labiorum aperturâ formatur ô rotundum; quo sono plerique proferunt Græcorum ω. Hoc sono Galli plerumque proferunt suum *au*. Angli ita ferè semper proferunt *o* productum, vel etiam *ou*, (ipso *a* nimirum, nunc dierum, quasi evanescente; de quo idem hic judicium ferendum est, ac suprà de *ea*:) Ut, *one*, unus; *none*, nullus; *whole*, totus; *hole*, foramen; *coal*, carbo; *boat*, cymba; *oat*, avena; *those*, illi; *chose*, elegi, &c. At ubi *o* breve est, ut plurimùm per ô apertum, (de quo suprà,) rariùs per ô rotundum pronunciatur.

oo, û *pingue*. In labiis item, aperturâ *mediocri* formatur Germanorum û pingue: quo sono etiam Hispani, Itali, aliíque non pauci utuntur. Galli per *ou*: Cambro-Britanni per *w*: Angli plerúmque per *oo*, (rariùs per *u* vel *ou*,) exprimunt; ut *foot*, pes; *shoot* (arcu vel bombardâ) projicio; *full*, plenus; *fool*, stultus; *pull*, vello; *pool*, piscina; *good*, bonus; *stood*, steti; *wood*, lignum; *woo'd*, procatus sum; *mood*, modus; *mourn*, lamentor; *course*, cursus; *source*, scaturigo; *could*, possem; *would*, vellem; *should*, deberem, &c. At *doe*, ago: *goe*, eo; *move*, moveo; & siqua sunt similia; rectiùs, per ô rotundum, quam per û pingue, efferuntur.

ú *exile*. Ibidem etiam, sed *minori* adhuc aperturâ, formatur ú exili; Anglis simul & Gallis notissimum. Hoc sono Angli suum *u* longum ubiq; efferunt; (nonnunquam etiam *eu* & *ew* quæ tamen rectiùs pronunciantur retento etiam sono *e* masculi:) Ut *muse* musa, *tune* modulatio, *Lute* barbitum, *dure* duro, *mute* mutus, *new* novus, *brew* misceo, (cervisiam coquo,) *know* novi, &c. Hunc sonum extranei ferè

ferè assequentur, si diphthongum *iu* conentur pronunciare; nempe *i* exile literæ *u* vel *w* præponentes, (ut in Hispanorum *ciudad* civitas.) Non tamen idem est omnino sonus, quamvis ad illum proximè accedat; est enim *iu* sonus compositus, at Anglorum & Gallorum *ú* sonus simplex. Cambro-Britanni hunc ferè sonum utcunque per *iw*, *yw*, *uw*, describunt; ut in *lliw* color, *llyw* gubernaculum navis, *Duw* Deus, aliisque innumeris.

Hos ego novem sonos vocales esse agnosco; nec scio plures. (Anglorum enim *i* latum, sonum esse simplicem, haud existimo; ut post dicetur.) Non nego tamen, in quâlibet vocalium sede, ubi ego tres tantùm gradus aperturæ proposui, fieri posse, ut plures fortasse, vel nunc dierum alicubi, vel saltem posteris aliquando seculis, observentur; adeóque posse sonos quosdam intermedios efferri, (qualis forsan est Gallorum *e* neutrum, inter vocales Palatinas *á* & *é*:) est enim aperturæ mensura, instar quantitatis continuæ, divisibilis in infinitum. Ut enim, in Ventis enumerandis, olim quatuor, deinde duodecim, tandem triginta duo numerantur: Ita etiam, cùm Arabes, & forsan Hebræi antiquiores, non nisi tres vocales (hoc est, in singulis sedibus unam) habuerint, nostro autem seculo in singulis sedibus, saltem tres manifestè distinguendas observemus; quid impedit, quin posteri etiam hisce intermedios quotlibet interponant? *Vocalium Numerus, quo pacto augeri possit.*

Sunt autem hæ vocales omnes tam productionis quam contractionis capaces, (unde syllabarum *longarum brevíumque* discrimen oritur:) licet quædam rariùs producantur, (ut *ŭ* obscurum & *e* fœminium;) aliæ rariùs corripiantur, (ut *ô* rotundum, & *ú* exile, saltem apud nos.) Sed & conso- *Syllabarum longitudo & brevitas, unde.*

x-

næ etiam productionis capaces sunt, (illæ præcipuè quæ ad vocalium naturam propriùs accedunt:) præter *p*, *t*, *k*, (vel *c* durum,) quæ absolutè Mutæ sunt; nec ullum per se sonum edunt, sed solummodo sonum (sive præcedentem, sive subsequentem) modificant.

SECT. III.

De Consonantibus.

Consonarum distributio. COnsonas item in tres Classes distribuimus, non secus ac vocales, *Labiales*, *Palatinas*, & *Gutturales*; prout labiis, palato, aut gutture formantur: Nempe dum spiritus, ex pulmonibus emissus, his in sedibus vel *Intercipitur*, vel saltem fortiùs *Comprimitur*.

Spiritûs directio triplex. Notandum autem est insuper, triplicem observari posse *spiritûs Directionem*. Dirigitur nempe vel 1 totus *ad fauces*; per labia scilicet egressum appetens; vel 2 *ad nares* ferè totus dirigitur, inde exitum quærens; vel deniq; 3 quasi æqualiter *inter fauces nares*q; dividitur. Hujus autem Directionis diversitatem, ex variâ Uvulæ positione, totam provenire credo.

Consona Primitiva seu Clausa. Cùm verò spiritus singulis hisce tribus Modis emissus, possit etiam in singulis illis tribus, Sedibus penitus *Intercipi*; Novem diversæ Consonantes hinc originem sortiuntur, quas Primitivas sive *Clausas* appellare libet: Si verò non penitùs Intercipiatur spiritus hisce sedibus, sed solummodò arctiùs *Comprimatur*, viam nempe (ægrè licet) exeundi inveniens; pro vario compressionis modo, varii adhuc alii consonarum soni efficiuntur, quas consonas

conſonas Derivatas ſive *Apertas* appellabimus.

Si Spiritus *per fauces ad labia directus*, occluſis *Labiis* intercipiatur; formatur litera *P*; Græcorum π, Hebræorum *Pe* dageſſatum; Arabes hanc literam non agnoſcunt (ſed ipſius loco ſubſtituunt vel *Be* vel *Phe*;) Perſæ tamen agnoſcunt, qui præter Arabum *Phe* habent & ſuum *Pe*, quod a *Be* tribus ſubſcriptis punctis diſtinguitur. Si verò ad Labia non perveniat, ſed in *Palato* penitùs intercipiatur, (admoto nempe linguæ extremo ad palati partem anteriorem, ſeu, quod idem eſt, ſuperiorum dentium radices;) formatur conſona *T*; Græcorum τ, Hebræorum ת, vel ט dageſſatum; Arabum *Te* (vel etiam *Ta*.) Si verò ne huc quidem pertingat, ſed ſummo *Gutture* intercipiatur, (admotâ linguæ parte poſteriori ad poſteriorem palati partem;) formatur *K*, (vel *C* durum,) hoc eſt, Græcorum κ, Hebræorum כ dageſſatum, & ק; Arabum *Ceph*, & *Kaph*. Atque hoc ſono Cambro-britanni ſuum *C* ſemper efferunt. Has autem tres Conſonas abſolutè *Mutas* dicimus; nullum enim per ſe ſonum edunt, aut quidem edere poſſunt, ſpiritu nuſpiam in liberum aerem exeunte; nam ad nares non pervenit, per fauces non exit. *Mutæ.* *P.* *T.* *C.*

Si Spiritus, *inter nares & fauces æqualiter diviſus*, occluſis *Labiis* Intercipiatur; formatur conſona *B*: Græcorum β, Hebræorum ב dageſſatum; Arabum *Be*. Si, in *Palato*; formatur *D*: Græcorum δ, Hebræorum ד dageſſatum, Arabum *Dal* (ut & *Da* & *Dad*.) Sin intercipiatur in *Gutture*, (nempe inter poſteriorem linguæ & palati partem;) formatur *G*: Græcorum γ, Hebræorum ג dageſſatum, Arabum (non *Gjim*, quamvis ea ſit affinis litera, ſed) *Gain*. Cambro-britanni ſic ſemper efferunt ſuum *g*. *Semi-mutæ.* *B.* *D.* *G.*

Atque

Atque has ego *Semi-mutas* appello; exiguum enim ſonum in naribus efficiunt, qui per ſe quidem audiri poteſt nullo alterius literæ ſono accedente.

Semi-vocales. Si verò Spiritus totus, (vel ipſius, ſi ita placet, pars præcipua,) *ad nares dirigatur*, (aerem in oris concavo manentem ſolummodo in tranſitu concutiens;) obturatis tantum *Labiis* formatur *M*; Græcorum μ, Hebræorum מ, Arabum *Mim*. Sin obturatio in anteriori *Palato* fiat, formatur *N*: Græcorum ν, Hebræorum & Arabum *Nun*. Si autem in *Gutture* (hoc eſt, in poſteriori palati parte) fit obturatio, formatur ſonus ille, quem exprimunt Græci per γ ante κ, γ, χ, ξ. Latini verò olim aliquando per *g*, ut *Agchiſes, agceps, aggulus*, &c. (teſtibus Priſciano & Varrone) at nunc (ſicut & aliæ nunc dierum gentes,) per *n* ante ejuſmodi conſonas (præſertim in eâdem ſyllabâ) puta *k, q, c*, item *c, g, ch*, duro (hoc eſt, genuino) ſono proferas. Alius enim auditur ſonus literæ *n* in vocibus *thin*, dilutum; *ſin*, peccatum; *in*, in: alius in *thing*, res; *think*, cogito; *ſing*, cano; *ſingle*, ſimplex; *ſink*, ſubſido; *ink*, atramentum; *Lynx*, &c. Item in *hand*, manus; *band*, ligamentum; *ran*, currebam; aliter ſonatur *n*, quam in *hang*, pendeo; *bank*, collis; *rank*, ſeties, &c. Imo in iiſdem vocibus, prout variè dividuntur ſyllabæ, alius atque alius erit iſtius literæ ſonus; aliter ſonabitur *n* in *lon-ger, ſtron-ger, an-ger, drin-ker, in-grue, con-grue*: aliter verò in *long-er, ſtrong-er, ang-er, drink-er, ing-rue, cong-rue*. Item, dum dicunt alii *in-quam, tan-quam, nun-quam*, &c. alios audiemus ita loquentes niſi ſcriberetur *inq-wam, tanq-wam, nunq-wam*, vel *ink-wam, tank-wam, nunc-wam*. In prioribus ubiq; cum *n* ſonatur, extremitas linguæ anteriorem pala-

ti

ti partem, prope superiorum dentium radices, fe-
fit; in posterioribus, eadem linguæ extremitas po-
tiùs ad inferiorum dentium radices deflectit, po-
sterior verò linguæ pars ad palati partem posterio-
rem elevatur, sonumque illic intercipit: eodem
nempe modo in ore formatur quo *G*, at illam spi-
ritûs directionem sortitur quam habet *N*. Estque
hic, ni fallor, sonus ille quo multi vellent Hebræo-
tum ע pronunciari; dum per *ng*, *ngh*, *gn*, *nghn*, &c.
proferendum docent: innuunt nempe sonum quen-
dam qui nec literæ *n*, neque literæ *g*, perfectè re-
spondeat, sed quiddam habeat quasi cum utrâque
commune. Eundem etiam sonum nescio an His-
pani efferant quoties literam *ñ* supernè notatam po-
nunt.

Has ego tres consonas, *Semi-vocales* appello;
majorem quippe sonum sortiuntur quàm quas Se-
mi-mutas nuper diximus.

Fiunt autem hæ novem (quas jam recensui)
consonæ, spiritu prorsus *intercepto*, ne nempe per
os omnino exeat: quas igitur *Clausas* diximus. Eâ-
dem verò manente formaturâ, *Si Spiritus, arctè compressus, exitum (agrè licèt) inveniat*; formantur
Consonæ quas *Apertas* dicimus; illarum nempe
omnium a quibus *derivantur* (Semi-vocalibus ex-
ceptis) *Aspirationes*: *Subtiliores* quidem seu Tenu-
iores, si per rimulam oblongam; Crassiores verò
seu *Pinguiores*, si per rotundum quasi foramen, spi-
ritus exeat. Referuntur autem ad eàsdem classes
cum Clausis seu Primitivis quibus sunt affines.
Semi-vocalibus verò, quas diximus, nullas literas
Aspiratas subjungo; non quòd, si illas pronunciatu-
ro spiritus erumpat, nullus audiretur sonus; sed
quòd sonus qui sic efficitur nondum (quòd sciam)
in

Consonæ Derivativæ, sive Apertæ; vel Aspiratæ, tam Subtiliores quam Pinguiores.

in literarum censu locum obtinuerit: vel enim bovum *mugitum*, vel gemitum humanum refert illum nempe si in Labiis, hunc præsertim si in Palato vel Gutture, fiat.

Labiales.

F. Literam *P* pronunciaturo, *si spiritus erumpat*, fit ipsius Aspiratio *F*, vel *Ph*: hoc est Græcorum φ, Arabum *Phe*, Hebræorum *Phe* raphatum, Cambro-britannorum *ff*. Nec multùm refert utrum per *rimulam*, an per *rotundum foramen* exeat: Quamvis enim eo modo subtilior, hoc pinguior, sonus audiatur; tantillum tamen est utriusque discrimen, ut nescio an ullibi pro distinctis literis habeantur.

V. Literam *B* pronunciaturo, si spiritus *per rimulam exeat*, formatur Anglorum V consonans: Hebræorum *Bheth* raphatum. Hispani eodem sono etiam *b* non rarò efferunt, literas *b* & *v* promiscuè usurpantes. Cambro-britanni hunc sonum per *f* designant (sonum autem præcedentem per *ff*.) Anglo-saxones vel sonum hunc non habebant, vel per *f* scribebant, nam *v* consonam non agnoscunt, variáque passim per *f* scribebant (ut & post illos Angli per aliquot secula) quæ nunc per *v*, non minùs quam quæ nunc per *f* scribuntur; ut *gif*, *heofon*, &c. quæ nunc *give*, *heaven*, &c. scribuntur. Arabes & Persæ hunc sonum non habent: Turcæ tamen sic proferunt sonum *Vaw*; ut & non pauci *Vau* Hebræorum (quòd alii potiùs ut Arabum *Waw*, seu *W*, rectiùs efferri putant.) Atque hoc sono Æolicum Digamma *F*, pronunciatum fuisse non dubito; cùm enim antea habuerint Græci characterem φ, non opus erat ut eidem sono exprimendo novum characterem *F* excogitarent. Quid quod, & Priscianus agnoscit Latinorum *F* ita fuisse olim pronunciatum; eodem nempe sono quo postea *V* consona prolata

lata fuit, adeóque tandem literam *f* ad ſonum φ, ſeu *ph*, tranſiiſſe.

Si verò ſpiritus *per foramen rotundum exeat*, (genis nempe contractis, & ore rotundato,) formatur Anglorum *W*, Arabum *Wau*. Quo ſono & Hebræum *Vau* pronunciandum eſſe multi ſentiunt. At Germanorum *W*, ni fallor, ſonum exhibet compoſitum ex hoc & præcedente, illum nempe huic præponendo; nempe quod Germani per *Wa*, Angli per *Vwa* ſcriberent. Non multùm differt hic ſonus ab Anglorum *oo*, Gallorum *ou*, Germanorum *u* pingui, rapiſſimè pronunciatis: adeóque a quibuſdam pro vocali fuit habita, cùm tamen reverâ conſona ſit, quanquam ipſi vocali admodum ſit affinis. Cambro-britanni tam vocalem illam quam hanc conſonam eodem charactere *w* ſcribunt; nempe, cùm accentu ſupernè notatur, vocalis eſt, & producto ſono effertur, alibi ſæpe pro conſonante habetur correpto ſono prolata: ut *gw'ydd* (diſſyllabum) anſer, *gwy'dd* (monoſyllabum) arbuſta; ſic *gw'yr* curvus, *gwy'r* viri. In vocibus Latinis quoties his ſonus literis *ſ*, *q*, *g*, ſubjungitur, ut in *ſuadeo*, *quando*, *lingua*, &c. a pleriſque pro vocali habitus eſt; & quidem ab illis fortaſſe qui in Anglorum *wade*, *perſwade*, *ſway*, &c. conſonam agnoſcerent: utrobíque tamen idem omnino ſonus eſt. Sed & in dipthongis, *au*, *eu*, *ou*, ritè pronunciatis, vocalis quæ dicitur ſubjunctiva, non alia eſt quam hæc conſona: quâ de re videatur tractatus ille quem *de Bivocalibus* edidit acutiſſimus *Gataker*us noſtràs. *w.*

Quum verò idem Vir Clariſſimus contendit (ut & alii magni viri) eodem ſono Latinorum V conſonam ſemper olim fuiſſe pronunciatam (quomodo

do etiamnum alicubi gentium pronunciatur:) Ego quidē aliquatenus assentio; illo nempe sono in multis saltē vocabulis fuisse pronunciatā: At verò an in omnibus ita fuerit pronunciata, non ausim affirmare. Existimo potiùs utrumque sonum, non modò nunc dierum, sed & olim, eidem characteri affixum fuisse quędam nempe vocabula hoc, quædā illo sono, fuisse prolata, fortasse & eadem nonnunquam vocabula variis in locis, aut a variis personis, utroque sono promiscuè prolata: Hoc præsertim argumento ductus, quòd videam Latina nomina per consonam *V* scripta, cùm in Græcam linguam transferuntur, quandoque per Ϝ, quandoque verò per υ, Græcè scribi: atque illud quidem olim obtinuisse: Nulla enim mihi apparet ratio cur non (verbi gratiâ) Latinorum *Flavius* Græcè Φλαυιος (& quidem semper) scriberetur, potiùs quàm Φλάβιος, (quod & de innumeris vocabulis dici potest,) nisi consona illa *V* propiùs accederet ad sonum Æolici Digamma: Præsertim, cùm illam *V* consonam in multis quidem vocabulis ab ipso Digamma Æolico ortum duxisse, sit in confesso: Quis enim aliam causam assignat cur in Latinorum *video, vis, vesper, vinum, venter, vestis, vescor, Venetus*, &c, conspiciatur *V* consona, (quæ in Græcorum εἶδω, ἶς, ἕσπερος, οἶνος, ὕντερον, ἕσθης, ἐσθίω, Ἐνετός, non conspicitur,) quàm, quòd soliti fuerint Æoles suum Digamma hujusmodi vocibus præfigere? Neque mirum videri debet, si lingua Latina, quæ tunc ipsis erat vernacula, parem cum aliis linguis vernaculis sortem obtinuerit; ut nempe ejusdem literæ non sit eadem ubique & constans pronunciatio. Fortasse etiam & Hebræorum *Vau* non erat idem ubique sonus, ideóque Græcè Δαϋίδ, non Δαυὶδ legitur: Quod de ו certum est, Jud. 12, 6. Li-

Literam *T* pronunciaturo, si spiritus *pinguiùs Palatinæ exeat*, & quasi *per foramen*; formatur Græcorum θ, Hebræorum *Thau* raphatum, Arabum *The*; hoc est Anglorum *Th* in vocibus *Thigh*, femur; *thin*, tenuis; *thing*, res; *thought*, cogitatio; *throng*, caterva, &c. Anglo-saxones olim scribebant hâc notâ Þ quam *Spinam* vocabant. Cambro-britanni per *Th* semper scribunt. Th.

Si verò *subtiliùs exeat*, & quasi per *rimulam*, (elevatâ paulùm eâ linguæ parte quæ extremitati proxima est, ut spiritus in tenuiorem quasi laminam seu bracteam comprimatur, in formam nempe latiorem sed minus crassam) formatur Græcorum σ, Hebræorum *Samech* & *Sin*, Arabum *Sin* & *Sad*; Latinorum & Anglorum *s* vero (hoc est, stridulo & acuto) sono pronunciatum; ut in vocibus *yes*, ita (affirmandi particula;) *this*, *hic*; *us*, nos; *thus*, sic; *hisse*, sibilo; *lesse*, minor, *send*, mitto; *strong*, fortis, &c. Hoc etiam sono pronunciamus *c* mollius, (nempe ante *e*, *i*, & *y*,) ut in *grace*, gratia; *mercy*, misericordia; *peace*, pax; *since*, postquam; *Principal*, principalis, &c Galli eodem sono efferunt *c* nonnunquam etiam ante alias vocales, (at tunc plerumque caudam affigunt,) ut ç, *adsdum*; garson, *puer*, &c. S.

Literam *D* pronunciaturo, si spiritus erumpat modo *pinguiori*, & quasi *per foramen*; formatur Arabum *Dhal*, Hebræorum *Daleth* raphatum, Hispanorum *d* mollius, qualiter nempe efferri solet ea littera in medio & fine vocabulorum, ut *Majestad*, *Trinidad*, &c. Hunc sonum Angli eodem prorsus modo scribunt quo sonum alium paulò suprà nominatum, nempe per *th*, ut in vocibus *thy*, *thine*, tuus; *this*, hoc; *though*, quamvis, &c. Anglo saxones olim Dh.

ſonum illum per þ, hunc vero per Ð, ð ſcribebant, prout ex eorum ſcriptis liquet, (quanquam & characteres illos nonnunquam confundebant.) Sequentibus autem ſeculis Angli eidem characterẽ þ utrique ſono adhibuerunt, qui paulatim degeneravit in characterem y, qui in libris quamplurimi manu-ſcriptis perpetuò conſpicitur in iis vocabulis quæ nunc per *th* ſcribuntur: Atque hinc eſt quod mos olim invaluerit, qui etiam adhuc non rarò retinetur, ſcribendi ye, yt, yu, pro *the*, *that*, *thou*, &c. Cambro-britanni ſonum illum per *th*, hunc per *dd* perpetuò ſcribunt; niſi quod aliqui meliùs ſcribi poſſe contendant per *dh*, qui non tamen obtinuerunt ut mos olim receptus immutetur. Nos autem (ut dictum eſt) utrumque ſonum promiſcuè ſcribimus per *th*: Sed malè quidem; cùm neuter eorum ſit ſonus compoſitus, ſed planè ſimplex, à ſonis literarum *t* & *d* eodem ferè modo deflectentes quo *f* & *v* à ſonis literarum *p* & *b*. Fateor tamen qua ratione pro *f* ſcribitur *ph*, eadem etiam *bh*, *th*, *dh*, ſcribi poſſe: ut nempe literarum aſpiratarum Affinitas ſimul & Deflectio ab iis à quibus oriuntur aliquatenus innuatur. Compoſitum autem ex his literis genuinum ſonum, omnino alium eſſe quàm qui eſt literarum aſpiratarum, patet ex vocibus *Cob-ham*, *Chat-ham*, *Wit-ham*, *Mait-ham*, *Wad-ham*, *Wood-houſe*, *ſhep-heard*, *Clap-ham*, *Mep-ham*, &c. (Item in *Os-ham*, *block-head*, *hog-heard*, *Cog-hil*, *houſ-hould*, *diſ-honour*, *miſ-hap*, *diſ-honeſt*, *diſ-hearten*, *Maſ-ham*, *Cauſ-ham*, *Wiſ-heart*, &c. alios omnino ſonos audimus quàm quos vulgò ſcribimus per *ch*, *gh*, *ſh*,) Utrumq; autem ſonum quem nos per *th* ſcribimus, Galli, Belgæ, aliique non pauci, vix aut ne vix proferunt; dum il-

lum

lum autem proferre conantur, Galli plerumque *t*, Belgæ *d*, alii nonunquam *s* ſubſtituunt. Neutiquam tamen eſt difficile genuinos hoſce ſonos proferre ſiquis eorum formationem paulò attentiùs obſervet; nempe, omnibus eodem modo manentibus acſi prolaturus eſſet literas *t*, *d*, niſi quòd ſpiritus erumpere permittatur: caveatur autem ne, etiam non attendenti, aſſurgat aliquantulum linguæ pars extremitati proxima, adeóque literas *S* & *Z* efficiat ut enim *S* ad *t*, ſic *Z* ad *d*, ut jam dicemus.

Si eandē literā *D* pronunciaturus, ſpiritum *ſubtiliori* formā & quaſi *per rimulam* protrudat, (elevatā quidem in illum finem linguæ parte extremitati proximā,) formatur Latinorum *Z*, Græcorum ζ, Hebræorum *Zain*, Arabum *Ze*: quem ſonum etiam Angli per *Z* exprimunt. Nonnunquam tamen Angli etiam literam *S* (ſicut & Galli) eodem ſono efferunt; præſertim ubi inter duas vocales ponitur, & in fine dictionis: ut in *pleaſure*, voluptas; *eaſe*, otium; *laws*, leges, & c. Et, quod ferè ſolenne eſt, ubi ex Nomine per *ſ* durum in ultimā ſyllabā pronunciato, fiat Verbum; hoc verbum per *s* molle (hoc eſt, per *Z*) pronunciatur: Sic *a houſe*, domus; *a lowſe*, pediculus; *a mowſe*, mus; *a price*, pretium; *adviſe*, conſilium; *cloſe*, contiguum; *braſſe*, æs; *glaſſe*, vitrum; *graſſe*, gramen; *greaſe*, pinguedo; *a fleece*, vellus; per *ſ* durum: at *to houſe*, in domum recipere; *to lowſe*, pediculos captare; *to mouſe*, captare mures; *to priſe*, æſtimare; *to adviſe*, conſulere; *cloſe*, conjungere; *to braze*, obærare; *to fleeze*, deglubere; per *s* molle efferuntur. Sed & eodem modo etiam aliæ literæ analogam alleviationem ſortiuntur; nam ex Nominibus *Wife*, uxor; *life*, vita; *ſtrife*, lis; *half*, ſemiſſis; *calf*, vitulus; *ſafe*, ſalvus; *breath*, Z

ſpiritus; *clóth*, pannus; per ſonos duriores prolatis: fiunt Verba *to wive*, uxorem quærere; *to live*, vivere; *to ſtrive*, litigare; *to halve*, biſecare; *to calve*, vitulum parere; *to ſave*, ſalvum redere; *to breath*, ſpirare; *to clóthe*, veſtire. Itali literam *Z* (præſertim geminatam,) non raro fortiùs efferunt, ut Hebræorum ץ vel צ; atque eodem ſono efferunt non pauci in vocibus Latinis *t* ante *i*, ſequente etiam aliâ Vocali: Nempe *Piazza*, *Venetia*, &c. efferuntur *Piatza*, *Venetzia*, &c.

Eidem literæ *D*, vel (ſi placet) literæ *N*, ſubjungere etiam licet duas alias literas eâdem ſede, nempe in Palato, formatas: *L* & *R*. Has autem literis *D* aut *N*, potiùs quàm literæ *T*, ſubjungo; propter laryngis concuſſionem, & ſpiritûs ad nares emiſſionem, quæ his proferendis fiunt: quarum litera *T*, & quæ ab eâ deſcendunt

L. omnes, ſunt incapaces.

Litera *L* formatur, ſi literas *D* vel *N* prolaturus *ſpiritum a latere* (ſive altero, ſive utroque) *in buccam leviter emittat*, & per buccarum anfractus ad aperta labia, adjuncto etiam linguæ tremore. Eſtque hujus literæ apud omnes, ni fallor, gentes idem ſonus, nempe ut Hebræorum ל, Græcorum λ.

LL. Habent autem Cambro-britanni alium etiam ſonum huic quidem affinem, ſed fortiorem, (quem per *ll* ſcribunt, ut à litera *l* diſtinguant;) ſpiritu nempe multò fortiùs in buccas extruſo: Unde fit ſonus ſpumoſior, & quaſi exθλ conflatus. Apud alias gentes ſonus ille (quantum ſcio) non auditur, ni-

R. ſi forte apud Hiſpanos.

Litera *R* (quæ canina dici conſuevit) formatur etiam in Palato; ſi nempe extremitas linguæ, literâ

D vel

D vel *N* pronunciaturæ, introrsùm flexa ſpiritum exiturum forti quidem & frequenti concuſſione verberet : Ex quo conflictu horridus ille ſonus auditur. Eſtque hujus literæ ſonus apud omnes idem : Nempe ut Hebræorum *Reſh*, Græcorum ῥ. Cambro-britanni huic literæ frequenter ſubjungunt *h*; eorúmque *Rh* reſpondet Græcorum ῥ aſpirato. Americanos ferunt, *Novanglia* conterminos, (aut eorum ſaltem magnam partem,) literas *L* & *R* pronunciare non poſſe, ſed ipſorum loco *N* ſubſtituere; adeóque *Nobſtan* dicere pro *Lobſtar*. Rh

Literam *K*, vel *C* durum, pronunciaturo, ſi ſpiritus *ſubtiliùs erumpat*, & ſtrictiùs compreſſus, formatur Græcorum χ, Hebræorum *Cheth*, Arabum *Cha* (rectè pronunciata;) & fortè *Caph* Raphatum, ſed vix à Noſtratibus : ſonus nempe medius inter *C* & *H*. Eſtque hic ſonus Germanis familiaris, ut & Cambro-britannis; utrique per *ch* ſcribunt. Apud Anglos penitùs defuevit; noſtrum enim *ch* alio longè ſono effertur, ut poſt dicetur. *Gutturales.* Ch.

Si verò *pinguiùs* exeat ſpiritus, & minùs compreſſus (ob laxiorem linguæ poſitionem & latiorem exitum;) fomatur Latinorum *H*, Hebræorum & Arabum *He*, Græcorum ſpiritus aſpiratus. Eſtque hic ſonus pleriſq; gentibus familiaris. Galli ſæpe ſcribunt *h*, ſed rarò pronunciant. Non differt à ſono prioris literæ, niſi quòd illic ſpiritus fortiori conatu & per anguſtiorem quaſi rimulam eveat ideóque Aſpiratio duplex dici ſolea t;) hic verò liberiùs & quaſi per foramen latius. H

Græci, quaſi non eſſet litera (quoniam exiguus quidem ſonus eſt) *Aſpirationem* dixerunt & (ſaltem num dierum) in literarum directâ lineâ non ſcribunt, ſed literæ vertici imponunt; verùm olim in

ipſâ

ipsâ literatû serie vocalibus præponebant, (at consonæ ρ, ni fallor, postponebant;) atq; hinc est quod apud eos H est centenarii nota; quod enim nunc ἑκατὸν scribitur, olim scribebant ΗΕΚΑΤΟΝ. In aliis linguis nil video cur non pro consonâ habeatur; Non enim, quia ipsius sonus ab aliquibus (præsertim Gallis) inter pronunciandum aliquando omittatur, ideo litera censenda non est; illud enim & multis literis est commune, præsertim Hebræorum (alio rúmque Orientalium) literis quiescentibus & *Ain*, (ne opus sit Gallorum hâc in re nimiam licentiam attingere;) Neque etiam quòd, apud Latinos Poetas, ipsius interventio, vocalium elisionem non impediebat; nam neque *M*, nec (olim) *S*, impedimento erant quominùs ejusmodi contractio fieret. Fateor tamen Latinos hac in re eousq; Græcorum æmulos fuisse, ut meritò dubium videri possit num ipsi *h* pro literâ habuisse censendi sint necne; præsertim cùm Grammaticos reclamantes videam.

Gh Literam γ (seu *G* durum) pronunciaturo, si Spiritus *arctius* compressus per subtiliorem quasi *rimulam* exeat; formatur sonus qui per *gh* exprimitur. Hunc sonum Anglos in vocibus *light*, lux; *night* nox; *right*, rectum; *daughter*, filia; &c. olim protulisse sentio: at nunc dierum, quamvis scripturam retineant, sonum tamen ferè penitùs omittunt: Boreales tamen, præsertim Scoti, ferè adhuc retinent, seu potius ipsius loco sonum *h* substituunt. Hiberni in ipsorum *gh* hunc sonum exactè exhibent, ut in *logh* lacus, &c. Differt à Germanorum *ch* sicut ipsum *g* à *c*; directione nempe spiritus partim ad nares, quam nec *c* nec *ch* omnino patiuntur. Germani tamen eadem voces ferè per

ch

ch ſcribunt, quas Angli per *gh*: eorum enim **nacht, recht, liecht, techten, tochter,** reſpondent noſtris *night, right, light, fight, daughter*; aliáq; ſunt ſimilia non pauca. Latini, Græci, Hebræi, & Arabes ſonum hunc non agnoſcunt, niſi fortè Hebræorum *Gimel* raphatum ſic proferri debeat. Perſæ eo ſono ſuum *Ghaf* pronunciant, quod tribus ſupernè punctis ab Arabum *Kef* diſtinguitur.

Si verò *liberiùs* & quaſi *per latius foramen* exeat ſpiritus; formatur Anglorum *y conſona*, Germanorum *J conſona*, Arabum *Ye*; quo ſono etiam Hebræorum *Jod* multi pronunciandum contendunt. Sono nempe vocalis *i* exilis raptiſſimè pronunciatæ admodum affinis eſt. Ideóq; Diphthongi (ut vocantur) *ai, ei, oi*; vel *ay, ey, oy*, ferè promiſcuè per *i* & *y*: apud Anglos præſertim & Gallos. Eſt autem ſonus ille, qui pro vocali ſubjunctivâ cenſetur, reverâ Conſona; eodem nempe prorſus modo ſonabitur litera *y* in *ſaying, praying*; &c. ſivè ad priorem ſyllabam (ubi pro vocali habebitur) ſive ad poſteriorem (ubi habebitur pro Conſonâ) referatur; nempe ſive ſit *ſay-ing, pray-ing*, ſive *ſa-ying, pra-ying*. Parem ſcilicet affinitatem agnoſcimus inter *oo* (ſeu *u* pingue) & *w*, quæ eſt inter *i* exile & *y*. De utriſque videatur acutiſſimus *Gataker*us in tractatu ſuprà citato.

Sed & alibi etiam *y* pro *i* non ratò ponitur, ubi ſcilicet *i* vocalis eſt, (præſertim in dictionum fine:) quo caſu non modo antiquiores Anglo ſaxones, ſed & per multa ſecula qui ipſis ſucceſſerunt Angli, literam *y*, quoties pro vocali *i* poneretur, puncto ſupernè poſito ſemper notabant, hoc modo *ẏ*.

Affinitatem autem maximam eſſe hujus literæ

cum

cum *g* & *gh*, inde manifestum est, quòd ea quæ nunc per *gh* scribimus *light*, *might*, *thought*, &c. in manuscriptis libris sæpissimè per *y* consonam scripta legimus, eodem nempe charactere quo *yet*, *yonder*, &c. Triplicem nempe habuerunt figuram; unam ȳ pro qua nunc scribitur *th*, ut suprà dictum est; alteram ȳ quæ loco *i* vocalis solebat pingi, & a priori non nisi puncto suprà posito distinguebatur; & tertiam ȝ quam pro *y* consonâ perpetuò scribebant, quæ etiam in illis vocibus (ut dictum est) reperitur quæ nunc per *gh* scribuntur: Hunc autem characterem, prout tunc pingi solebat, nescientes forsan posteriores librarii, ipsius loco characterem literæ *z* fœdissimo errore substituerunt; unde monstra illa vocabulorum *thouȝt*, *souȝt*, &c. pro *thought*, *sought*, &c. seu potiùs pro *thonyt*, *sonyt*, &c. (prout tunc nempe per *y* consonam scribi solebant) in impressis Chauceri aliorùmque veterum poetarum libris conspiciuntur. Longè melius doctissimus *Wheelocus* (linguarum Arabicæ & Saxonicæ apud Cantabrigienses olim Professor) ejusmodi voces per *b* scribit, in Venerabilis *Bedæ Historiâ Ecclesiasticâ*, aliisque scriptis,, Saxonicè ab illo editis: ubi (cnihte, mihte, durh, &c.) passim occurrunt quæ nunc *knight*, *might*, *through*, &c. scribuntur. Addo etiam, Ea ipsa vocabula non pauca quæ nunc apud nos per *y* scribuntur, à Saxonibus olim (atque etiamnum ut plurimum à Germanis) per *g* scripta reperiuntur, nostra enim *slay*, occido; *sayl*, velum; *say* inquam; *day* dies; *rain* pluvia; aliáq; innumera, partim apud Anglo-Saxones, partim à Germanis dicuntur *schlagen*, *segel*, *segen*, *sag*, *tag*, *regen*, &c. Et contra, multa quæ nunc per *g* scribuntur, fuerunt olim per *y* scripta; ut *agayn*, iterum:

rum ; *agaynſt*, contra ; *given*, datum, &c. olim *ayen*, *ayenſt*, *yeoven*, &c.

Atque ita literarum ſonos ſimplices, quos ſcio, omnes enumeravi, eorúmque formaturam tradidi, cóſque in ſuas familias ſeu claſſes diſtribui. Quos omnes uno aſpectu ſic intueri licet.



Literarum omnium Synopsis.



SECT.

SECT. IV.

De Sonis Compoſitis.

RElíqui ſoni omnes ſunt planè Compoſiti ; quamvis eorum nonnulli pro ſimplicibus vulgò habeantur. *Litera Compoſita.*

Diphthongi, quæ vocantur, *ai*, *ei*, *oi*, *au*, *eu*, *ou*, vel *ay*, *ey*, *oy*, *aw*, *ew*, *ow*, rectè pronunciatæ, componuntur ex Vocalibus Præpoſitivis, & Conſonantibus *y* & *w*, quæ tamen pro Vocalibus Subjunctivis vulgò habentur. Nempe in *ai*, *au*, vel *ay*, *aw*, præponitur á exile ; *ei* vel *ey*, *e* fœmininum, in *eu* vel *ew*, é maſculinum : in *oi*, *ou*, vel *oy*, *ow*, præponitur aliquando õ apertum, (ut in Anglorum *bóy*, puer ; *tóy*, nuga ; *ſóul*, anima ; *bówl*, poculum ;) aliquando ò obſcurum, (ut in Anglorum *bòil*, coquo ; *tòil*, labor ; *òil*, oleum ; *boul*, globus ; *owl*, bubo ; &c. quanquam non negem etiam horum nonnulla à quibusdam per *o* apertum pronunciari.) ay, ey. oy, aw, ew, ow.

Quod autem contendant aliqui Conſonas *y*, *w*, nihil differre à Vocalibus *i*, *u*, ſeu (ut noſtri ſcribunt) *ee*, *oo*, raptim pronunciatis ; manifeſtum eſſe errorem facilè deprehendet, qui formationem Vocum *yee* & *woo* curioſiùs attenderit, (præſertim ſi eandem repetat aliquoties) quippe obſervabit, à ſono Conſonæ ad ſequentis Vocalis ſonum non tranſiri, niſi Organorum manifeſto motu (adeóq; novâ poſitione) interveniente, quod in iterandis ſonis *ee ee*, *oo oo*, non fit.

Has autem (vulgò dictas) Diphthongos in variis linguis varias ſortiri à genuino ſono deflectiones non

non ignoro; de quibus nunc agendum non est: po terunt autem illi omnes inter sonos à nobis tradi tos (ab iis quorum id interest in singulis linguis) reperiri, adeóque ad suos locos referri.

ȝ Anglorum *ȝ* longum seu pingue, est planè sonu compositus ex *e* fœminino & *y* consonâ; estque i j, consona. dem omnino sonus cum Græcorum *ι*.

dy Anglorum *j* consona vel *g* molle, vel etiam *dg* componitur ex consonis *dy*. Nam eorum *jar*, dis cordia; *joy*, gaudium; *gentle*, generosus; *lodging*, habitatio, seu locus commorandi, &c, sonant *dyar*, *dyoy*, *dyentl*, *lóyding*, &c. Atque eodem sono effertur Arabum *Gȝim*; (quæ litera quamvis ab Hebræorum *Ghimel* descendat, non tamen ipsius sonum retinet;) & Italorum *Gj*.

zy. Gallorum *j* consona, vel *g* molle, componitur ex consonis *zy*. Nam eorum *je* ego, *age* ætas; &c. sunt *zye*, *a-zye*, &c. Hunc sonum Persæ per suum *zye* scribunt; quod tribus supernè punctis ab Arabum *ze* dignoscitur.

At Germanorum *j* consona, est sonus planè simplex; idem nempe cum Anglorum *y*: ut supra dictum est.

sh, ch, sch Anglorum *sh*, Gallorum *ch*, Germanorum *sch*, Hebræorum & Arabum *shin*, sonant *sy*. Nam Gallorum *chambre* camera, Anglorum *shame*, & Germanorum *scham*, pudor; sonant *syambrè*, *syame*, *syám*. Cambro-britanni hunc sonum per *ſ* scribunt, cum notâ productionis in vocali sequente: ideóque apud illos *Siôn* (Johannes) est vox monosyllaba; at *Sion* (Sionis mons) est vox dissyllaba.

ty. Anglorum *ch* vel *tch*, sonat *ty*. Nam *orchard*, hortus; *riches*, divitiæ, &c. sonant *ort-yard*, *rityes*, &c. Hoc sono Itali suum *e* efferunt ante vocales

tales *e* & *i*. Persæ huic sono exprimendo, præter Arabum alphabetum, assumunt suum *che*, quod tribus infernè punctis ab Arabum *Gjim* distinguunt. Si voci Anglicanæ *jew* taxus, figillatim præponantur *d*, *t*, *ſ*, *z*, fiunt *dyew*, *tyew*, *ſyew*, *zyew*; hoc est Anglorum *Few* Judæus, *chew* masticо, *ſhew* ostendo, & Gallorum *jeu* lusus. Qui syllabis *yanyer*, præposuerit *ſ*, *z*, formabit Gallorum *changer*, hoc est *ſyan-zyer*; at si præposuerit *t*, *d*, formabit Anglorum *changer*, hoc est *tyan-dyer*.

Non ignoro, esse qui velint, in Anglorum *che* & *ge* audiri sonum *ſ*, (quasi *chänger* sonaretur *tſyandſyer*;) verum ego, in *changer* non alios sonos audio quam *tyan-dyer*; atque ad aliorum aures provoco, num non, qui hos protulerit, Anglorum *changer* exactè pronunciaverit.

Latinorum (& aliarum ferè gentium) X, & Græcorum ξ, componuntur ex *cſ*, *κσ*. Hanc literam Hebræi, aliique Orientales, non agnoscunt, sed ipsius loco literas simplices scribunt ex quibus componitur: Quod etiam non rarò faciunt Germani; eorum nempe *ochs* bos, *wachs* cera, *ſechs* sex, *ſechſt* sextus, &c. sunt Anglis *ox*, *wax*, *ſix*, *ſixt*. Cambro-britanni hunc sonum, per *cſ*, semper scribunt. X.

Latinorum *K* olim pro *Ca* ponebatur: scribebant enim promiscuè *calende* & *klende*. Nunc apud pleraſque gentes eundem planè sonum simplicem obtinet quem Græcorum κ (unde defluxit,) aut Latinorum *C*: essétque litera planè superflua si *C* genuinum suum sonum semper retineret; ideóque Cambro-britanni (quibus literæ *c* sonus ubique constans est) literam *k* non habent; ut nec alii aliqui. K

Lati-

Q. Latinorum *Q* olim pro *Cu*, vel potiùs *Cw* scriptum fuisse rectè contendit *Gatakerus*: At nunc dierum (ubi subjungitur litera *u*) planè idem sonat ac *C* vel *K*, estque litera superflua. Cambro-britanni hanc literam non agnoscunt; sed pro *qu* semper ponunt *cw* vel *chw*. Et Anglo-saxones scribebant *Cpen* (hoc est *Cwen*) quod nos *Queen* scribimus.

wh Anglorum *wh* pronunciatur omnino ut *hw*. Idem nempe sonant Anglorũ *whit* & Gallorum *huit*, sed sensu longè diverso. Anglo-saxones olim literam *h* priori loco posuerunt; (quî autem factum sit ut Angli postponant, planè nescio:) sic pro eorum (h*pæt*, h*pile*,) dicunt Angli *what*, *while*, at Scoti etiam *quhat*, *quilk*.

Est autem observatu non indignum, consonas *y* & *w* (licèt non attendentibus, & inobservatas, plerumque inter pronunciandum subjungi consonis affinibus ante affines vocales. Nempe *y* subjungitur sæpe Gutturalibus consonis, *c*, *g*, sequente vocali palatinâ: sonantur enim *can* possum, *gu* acquiro, *begin* incipio, &c. acsi scriberentur *cyan*, *gyet*, *begyin*: vix enim transire potest lingua ab his gutturalibus consonis ad vocales palatinas formandas, quin, etiamsi nolit, pronunciabit *y*: At ante alias vocales non item; ut in *câll* voco, *gâll* fel, *go* eo, *gun* bombarda, *goose* anser, *come* venio, &c. *W* subjungitur nonnunquam consonis labialibus *p*, *b*, præsertim ante apertum, ut in *pot* olla, *boy* puer, *boile* coquo, &c. quæ sonantur acsi scripta essent *pwot*, *bwoy*, *bwoile*, &c. sed neque semper, neque ab omnibus sic efferuntur.

æ, œ, ea, eæ, ee, eo. Latinorum *æ*, *œ*; Anglorum *ea*, *oa*, *ee*, *oo*, & quandoque *ei*, *ie*, *ou*, *au*, item *th*, *ph*; (quibus si-

mile

miles apud alias gentes reperiuntur;) quanquã duplicibus characteribus ſcribantur, ſunt tamen (ſaltem prout nunc dierum pronunciari ſolent) ſoni ſimplices: prout ſuis in locis ſupra oſtendimus.

Atque hactenus ſonos literarum omnes, qui ubique ferè gentium occurrunt, tam ſimplices quàm compoſitos, quantum mihi ſufficere videtur, expoſui: & vix quidem ullos audiri credo quin poſſint ad explicatorum aliquos reduci.

Notandum tamen eſt, apud varias gentes nonnihil diverſitatis inter pronunciandum reperiri, quæ non tam ſingularum literarum, quam totius potiùs loquelæ communis eſt affectio. Angli nempe totam pronunciationem quaſi promovent, verſus anteriorem oris partem, & faucibus apertioribus loquuntur; unde & ſoni fiunt diſtinctiores. Germani potiùs retrahunt verſus poſteriorem oris partem & guttûris imum; unde fortiùs & magis ſtrenuè pronunciant. Galli propiùs ad palatum omnia formant, & faucibus minùs dilatatis; unde pronunciatio evadit minùs diſtincta, & quaſi admiſto murmure confuſa. Item; Itali, & præſertim Hiſpani productiori tenore loquuntur; Galli magis properanter; Angli tenore medio. Aliáque hujuſmodi etiam apud alias Gentes diſcrimina, cuilibet, prout ſe res offert, obſervanda, relinquo.

Grammatica

GRAMMATICA Linguæ Anglicanæ.

CAP. I.

De linguæ Anglicanæ pronunciatione.

SECT. I.

De Literis in genere, & primò de Consonantibus.

SErmonis Anglicani rudimenta traditurus, à *Literis*, earùmque apud nos pronunciatione, exordium sumendum esse duco. Ideóq; ex generali qui præcessit *De loquelâ* tractatu quædam seligenda sunt, aliáq; quæ ad hanc linguam speciatim spectant adjungenda.

Sunt apud nos literarum characteres hi qui sequuntur.

a. b. c. d. e. f. g. h. i, j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u, v. w. x. y. z.

Conſonarum pleræque nihil difficultatis habent quo minùs à quibuſvis pronuncientur, cùm eundem habeant apud nos ſonum, quem & alibi ferè ubique gentium obtinent: præſertim *b*, *d*, *f*, *h*, *k*, *l*, *m*, *n*, *p*, *q*, *r*, *z*. De Paucis tamen quædam ſunt monenda.

C *C* ante vocales *e*, *i*, *y*, (aut etiam Apoſtrophum abſentis *e* non rarò indicem,) ubique molliùs ſonatur; ut litera *ſ*, genuino ſono, prolata: alibi ſemper duriùs, & ſuo ſono nempe ut Græcorum κ.

Galli *c* mollius, quandoq; per ç ſcribunt, quem characterem etiam apud nos non incommodè adhiberi poſſe ſentio: eò tamen minor eſt novi characteris neceſſitas, quia regula tradita nullam (quam ſcio) patitur exceptionem; quoties enim *c* durum ſonandum occurreret ante vocales *e*, *i*, *y*, perpetuò vel adjungitur vel ſubſtituitur *k*; ut in *skin* pellis, *skil* ſcientia, *keep* ſervo, *publike*, *publick*, publicus, &c. (nam *publique* &c. eſt potiùs ſcriptio Gallica quàm Anglicana; Galli verò ideo ſubſtituunt *qu* quia literam *k* non habent.) Si verò *c* alibi forſan molliùs ſonare vellent, (putà in fine ſyllabæ, vel ante conſonam, aut vocales *a*, *o*, *u*) adjungunt *e* mutum, quo ſonus mollior indicetur: ut *chance* caſus, *advancement* promotio, *forceable* (*forcible*) violentus, &c.

S *S* acuto & ſtridulo ſono effertur ubi genuinum ſuum ſonum obtinet: At ubi dictionem

dictionem claudit, ferè ſemper; & ubi media inter duas vocales aut diphthongos occurrit, non rarò, obſcuriùs ſeu molliùs effertur, ut *z*.

Hanc ego literam, quoties molliùs efferenda eſt, breviori ſemper charactere ſcribi vellem, ut *bis* ſuus, *advise* conſulo; alibi ſemper longiori, ut *hiſſe* ſibilo, *adviſe* conſilium.

Quatuor monoſyllaba (nec enim plura memini) *s* finale durum habent; *yes* ita (affirmandi particula,) *this* hoc, *thus* ſic, *us* nos. Nam qui ſcribunt *needles*, *coynes*, *lightnes*, &c. pro *needleſſe* non neceſſarium, *coyneſſe* delicatia, *lightneſſe* levitas, &c. vel ſaltem pro *needleſs*, *coyneſs*, *lightneſs*, omnino errant; ex diſſyllabis enim faciunt monoſyllaba, ſunt enim *needles* acus, *coynes* monetæ, *lightnes* (vel *lightneth*) fulgurat, monoſyllaba per *e* mutum. At qui ſcribunt *greenes*, *fines*, &c. pro *greenneſſe* viriditas, *fineneſſe* accuratio. &c, adhuc errorem duplicant.

T ante *i*, ſequente aliâ vocali, ſonatur ut *ſ* ſtridulum: Alibi ſuum ſonum retinet. T

Illud potiſſimùm in vocibus quæ à Latinis deſcendunt, non tamen in ſolis illis, conſpicitur. Sic *nation* natio, *potion* potio, *meditation* meditatio, *exſpatiate* exſpatior, &c. ſonantur *naſion*, *poſion*, *meditaſion*, *exſpaſiate*, &c. At in *queſtion*, quæſtio, *mixtion* mixtio, *combuſtion* combuſtio, *fuſtian* goſſypium, & ſicubi aliàs *t* ſequatur literas *ſ* vel *x*, genuinum ſuum ſonum obtinet.

X **X, ſonatur ut *cſ*, vel ξ Græcorum.**

Quâ de re Gallos præſertim monendos vellem, qui ſolent ſonum *c* ſupprimere. Sed & Hiſpani molliùs quam par eſt eam literam efferunt.

W ***W* ſonatur, ut *u* in vocibus Latinis *quando*, *lingua*, *ſuadeo*, aliiſque poſt *q*, *g*, *ſ*.**

Hanc literam nos pro conſonâ ſemper reputamus; ſono tamen non multum differt (differt tamen) à Germanorum vocali *û* pingui, raptiſſimè pronunciatâ. Præcedit, apud nos, non modo quaſvis vocales, (ſi ſaltem *u* excipias,) Sed & conſonam *r*; Subjungitur conſonis *ſ* & *th*: ut *want* careo, *went* ibam, *winter* hyems, *wont* ſolebam, *wrath* ira, *write* ſcribo, *wry* curvatus, *ſwim* no, *perſwade* ſuadeo, *thwart* perverſus; (at poſt *g* & *q* potiùs ſubſtituitur *u*, ut *acquaint* aſſuefco, *anguiſh* angor, ſeu dolor acris, &c.) Sequitur etiam vocales *a*, *e*, *o*, cum quibus quaſi in diphthongum coaleſcit, eodem prorſus modo quo *u*, ut *ſow* ſus, *ſów* ſero, *ſaw* vidi, *few* pauci, &c. Præcedit etiam literam *h*, ſed revera poſt illam ſonatur; *when* quando, *what* quid, &c. ſonantur *hwen*, *hwat*, &c.

Y **Y conſona, apud nos, ſonatur ut Germanorum *j* conſona; ſono nempe quam proximè accedente ad ſonum vocalis *i* raptiſſimè prolatæ.**

Arabes *y* per ſuum *ye*, ſicut & *w* per ſuum *waw*, exprimunt. Præcedit (in ſyllabæ initio) ſolas vocales, (præſertim *a*, *e*, *o*;) eaſq; ſequitur & cum illis quaſi

quasi diphthongescit, eodem modo & sono quo *i*: idem nempe sonant *ay*, *ey*, *oy*, ac *ai*, *ei*, *oi*; sed in fine dictionis frequentiùs per *y* scribuntur, in mediò sæpiùs per *i*.

Sed & *y* nonnunquam vices sustinet vocalis *i*; præsertim in dictionum fine. Nam promiscuè scribimus *mercy* misericordia, *pity* commiseratio, &c. ac *mercie*, *pitie*, &c. In medio dictionis rariùs pro *i* occurrit, nisi in vocibus quæ à Græcis descendunt per *u* scriptis. Quoties autem pro vocali censenda est hæc litera, supernè puncto notari vellem, hoc modo *ẏ*, ut a consonâ *y* distinguatur; quod olim semper factum fuisse video.

V consona effertur apud nos eodem sono quo apud Gallos, Hispanos, Italos, aliósque: sono nempe ad literam *f* proximè accedente. V

Differunt enim *F* & *V*, eodem modo quo *P* & *B*. Scribitur nunc dierum ferè semper diverso charactere *v*, ut ab *u* vocali distinguatur. Præcedit apud nos solas vocales, & quidem omnes; non autem consonam *r* ut apud Gallos, nec *l* ut apud Belgas: sequitur non modò vocales, sed & consonas *l*, *r*, in ejusdem syllabæ parte posteriori, (sed sequente *e* muto, aut ipsius vice apostropho, ne vocalis censeretur,) ut *vain* vanus, *vein* vena, *virtue* virtus, *vice* vitium, *voice* vox, *vulgar* vulgaris, *have* habeo, *leave* linquo, *live* vivo, *love* amo, *carve* sculpo, *calves* vituli, &c.

J consona duriùs apud nos sonatur quam apud plerosque alios; nempe ut *dy*.

Pro-

Productiori charactere nunc dierum pingi solet, hoc modo, *j*; ut distinguatur ab *i* vocali. Syllabam semper inchoat, & solis vocalibus immediatè præponitur: Nam siquando sonus ille in syllabarum fine pronunciandus occurrit, per *g* molle, aut etiam *dg* exprimitur, sequente tamen *e* muto ut mollior sonus literæ *g* innuatur; ut *age* ætas, *rage* furor, *knowledge* scientia, &c.

G. **G genuino sono prolatum sonat ut Græcorum γ: Sed ante vocales *e*, *i*, *y*, (aut apostrophum absentis *e* indicem) plerumque, nec semper tamen, molliùs effertur, eodem nempe sono quo *j* consona.**

Quoties autem molliori sono proferendum sit, optarẽ ego ut puncto suprà posito semper notetur, hoc modo *ġ*, quò à *g* duro distinguatur: quod exteris linguam nostram addiscentibus maximo esset adjumento. In vocibus *gĭve* dono, *forgĭve* condono, *get* acquiro, *forget* obliviscor, *beget* gigno, *geld* castro, *begin* incipio, *together* simul, eorúmq; derivatis, genuinum sonum retinet. Item in *anger* ira, *hunger* fames, *linger* moras necto, *eager* acris, *vineger* acetum, *swagger* Thrasonicè glorior, *staggers* ebriorum more vacillo, *dagger* hoa, & siqua sint alia quæ per *gger* scribuntur. Item in derivatis à *long* longus, *strong* fortis, *big* magnus, *beg* mendico, *sing* cano, *bring* affero, aliisque quorum primitiva in *g* duro terminantur. In quibusdam subjungitur *u* vel *h* (sicut apud Gallos) ut sonus fortior literæ *g* innuatur, ut *guift* donũ, *guide* ductor, *guilt* reatus, *guile* dolus, *guild* deauro, *leaguer* castra, *tongue* lingua, *gueſt* hospes, *gheſſe* conjecturam

rã facio, *Ghoſt* ſpiritus, *Guilbert*, *Guiſford*, (propriis nominibus,) aliiſque forſan aliquot; in quibus *u* nihil ſonat, ut neque in *buy* emo, *build* ædifico.

SECT. II.

De Vocalibus.

VOcalium Characteres ſunt *a*, *e*, *i*, *o*, *u*; & *y* pro *i*. Quæ plerumque cùm ſyllabam claudunt, producuntur; ſecus autem ut plurimum corripiuntur.

A plerumque pronunciatur ſono magis exili quàm apud alias pleraſque gentes: eodem ferè modo quo Gallorum *e* ſequente *n* in voce *entendement*, ſed paulò acutiùs & clariùs; ſeu ut *a* Italorum. A

Non autem ut Germanorum *â* pingue; quem ſonum nos plerumq; exprimere ſolemus per *au* vel *aw*, ſi producatur; aut per *ŏ* breve ſi corripiatur.

Pauca tamen ſunt in quibus *a* ſono illo pingui efferri ſolet: nempe cùm in fine dictionis *a* præcedit geminum *ll*; ut *âll* omnes, *tâll* procerus, *hâll* aula, *câll* voco, *wâll* murus, *bâll* pila, *fâll* cado, &c. cum eorum Derivatis & Compoſitis, ut *âlthough* quamvis, *âllwayes* ſemper, *âllmoſt* fere, *tâllneſſe* proceritas, *câlling* vocatio, *wâll-flower* luteola, &c. Quo caſu ſuadetem ego ut accentu circumflexo ſupernè notetur, ut pinguior ille ſonus innuatur. At *walk* ambulo, *talk* colloquor, &c. rectiùs per *a* Anglicum efferuntur; quæ tamen negligentiùs loquentibus

tibus ſonantur *wau'k*, *tau'k*, &c. quo ſono Gallos imitamur qui pro *al* (ante conſonâ) non rarò ſubſtituunt *au*; & Scoti etiâ ubi non ſequitur conſona.

E

E profertur ſono acuto claróque, ut Gallorum *é* maſculinum.

Vix unquam profertur ſono obſcuro ut Gallorum *e* fœmininum; niſi fortè cum *e* breve præcedit literam *r*, ut in *vertue* virtus, *ſtranger* extraneus, &c. ubi non tam requiritur ſonus ille quàm ægrè evitatur; difficiliùs enim tranſit lingua ab *é* maſculino ad *r*.

E mutum.

At *E*, quotieſcunque in fine dictionis ſimplex occurrit, omnino mutum eſt, nec quicquam (nunc dierum) ſonat: Ut in *make* facio, *have* habeo, &c.

Præterquam in Articulo demonſtrativo *the*, quod per *e* ſimplex ſcribitur (ut diſtinguatur a Pronomine *thee* te) & Nominibus aliquot Propriis, aliunde deductis, ut *Phœbe*, *Penelope*, &c. Vix, enim aliàs ullibi pronunciatur *e* ſimplex in dictionum fine. Nam *he* ille, *ſhe* illa, *be* eſſe, *we* nos, *me* me, & ſiqua ſunt ſimilia, rectiùs ſcribuntur (prout etiam pronunciantur) per *ee* geminum, *hee*, *ſhee*, *bee*, *wee*, *mee*. Quoties autem vox aliqua terminanda occurrit ejuſmodi ſono; vel ſubjungitur aliud *e* mutũ, ut in *Phariſee* Phariſæus; vel ſubjungitur *a*, ut in *ſea* mare, *flea* pulex, *plea* argumentatio judicialis, *pea* piſum, *yea* ita (affirmativa particula,) nec, quòd ſciã, in pluribus; vel deniq; ſubjungitur *y*, ut in *Marſhalſey*, *Winthelſey*, *Langley*, *Hendley*, &c

& paucis forsan aliis nominibus propriis.

Originem verò hujus *e* muti, nequis miretur unde devenerit, hanc esse judico. Nempe, quòd antiquitùs pronunciatum fuerit, sed obscuro sono, sicut Gallorum *e* fœmininum: adeóque voces *take* accipio, *ône* unus, *wîne* vinum, &c. quæ nunc sunt monosyllabæ, fuerint olim dissyllabæ, *ta-ke*, *ô-ne*, *wî-ne*, &c. ideóque etiam vocalis prior syllabam terminaverit, fueritque propterea longa. Sonus autem ille obscurus, finalis *e*, sensim evanuit, usque adeo ut tandem prorsus negligeretur (quod & de Gallorum *e* fœminino fæpissimè accidit;) retentâ tamen præcedentis vocalis quantitate, reliquísq; omnibus literis eodem prorsus modo pronunciatis acsi etiam ipsum *e* pronunciandum foret. Atque hoc eò magis pater, quia ejusmodi *e* mutum antiquitùs videmus perpetuò annecti vocabulis plurimis, ubi jam plerumque omittitur, ut *darke* obscurus, *marke* noto, *selfe* propria persona, *safe* folium, *waite* exspecto, aliisque innumeris, in quibus nulla patet vel probabilis conjectura cur annecteretur, nisi quod pronunciarentur *dar-ke*, *mar-ke*, *sel-fe*, *lea-fe*, *wai-te*, &c. Nam ad producendam syllabam (qui præcipuus nunc est ipsius *e* usus) omnino inutile est: vel enim syllaba non producitur, vel diphthongo illud satis innuitur. Quid quod & in vocibus *have* habeo, *crave* peto, *live* vivo, *love* amo, *dove* columba, &c. consona *v* conjicitur ante *e* finale mutum, quæ tamen nusquam invenitur syllabam claudere. Item in vocibus *force* vis, *space* spatium, *strange* extraneus, *rage* iracundia, aliisque multis, ante *e* finale mutum reperiuntur *c* & *g*, molliori sono prolatæ; nulla ve- *Ipsius origo.*

rò

rò conjectura ſuppetit cur naturalem ſuum ſonum exuerent niſi propter ſonum ſequentis *e*. Præſertim cùm hujuſmodi vocum magna copia ad nos a Gallis devenerint, apud quos etiamnum manet non modò eadem ſcriptura, ſed & prolatio *e* finalis fœminini : Quamvis & apud eos parciùs nunc dierum quàm olim prolatum videatur; & quidem à celeriter loquentibus ſæpiſſimè ſupprimitur, (licèt eorum Grammaticæ nondum doceant ſupprimendum ;) eáq; prolatio, quæ quotidie parcior evadit, brevi fortaſſe tam apud illos quàm apud nos penitùs evanitura eſt. Certiſſimum autem hujus rei indicium eſt ex antiquis Poetis petendum, apud quos reperitur illud *e* promiſcuè vel conſtituere vel non conſtituere novam Syllabam, prout ratio carminis poſtulaverit ; (quod & de Gallorum *e* fœminino aliquatenus verum eſt, quod, etiam non ſuadente Grammaticâ, poëſeos ratione ſæpe abjicitur :) Unde colligitur, ipſum olim ſonatum quidem, quia quandoque, ſed debiliùs, quia non ſemper, ſyllabam conſtituat ; Nempe ut ſi nunc dierum in *heaven* cœlum, *ever* ſemper, &c. quæ promiſcuè vel pro monoſyllabis vel pro diſſyllabis apud Poetas occurrunt, ultimo ſcilicet vel prolato vel quaſi per Syncopen extrito prout carminis ratio poſtulaverit.

Ejus uſus. Quanquam verò nunc dierum non ſonetur illud *e* mutum, non tamen prorſus otioſum eſt. Nam præterquam quod indicio eſt voces illas pluribus olim ſyllabis, quàm nunc, fuiſſe pronunciatas; hi tribus ſaltè uſibus adhuc inſervit, 1. Ut præcedentis vocalis quantitas conſervetur, quæ ſi producta olim fuerit, (vel nunc futura eſſet, ſi pronunciaretur

nunciaretur *e* finale,) manet etiamnum productum quamvis illud *e* nunc sit mutum: Ita vocabula *bat* vespertilio, *mat* teges, *hat* pileus, *fil* impleo, *mil* mola, *wil* voluntas, &c. corripiuntur; at *bate* contentio, *mate* sodalis, *hate* odi, *file* lima, *mile* milliare, *wile* stratagema, &c. producuntur; utraque tamen monosyllaba. 2. Ut literarum *c*, *g*, & *th*, sonus mollior innuatur, quæ secùs fortiùs pronunciandæ forent: ut *huge* grande, *since* postquam, *breathe* spiro, *seethe* coquo, *wreathe* torqueo, &c. quæ si *e* deesset fortiùs essent pronuncianda, ut *hug* amplector, *sink* mergor, *breath* spiritus, *see'th* videt, &c. 3 Ut *v* consona post vocalem, distinguatur ab *u* vocali, ut in *have* habeo, *crave* precor, *save* conservo, &c. ne putentur ut *hau*, *crau*, *sau*, pronuncianda: cùm autem nunc dierum *v* consona ab *u* vocali, distincto charactere scribatur, fieri potest vt *e* mutum hoc in casu posthac aliquando omittatur.

Quando autem nulla prædictarum rationum urget continuationem ipsius *e*, ab accuratioribus typographis nunc dierum omittitur: nisi quòd post *l*, alii consonæ subjunctum, à pleriisque adhuc retineatur, ut in *candle* candela, *handle* tracto, *tittle* punctulum, *fiddle* fidicula, *wrangle* litigo, *possible* possibilis, *legible* legibilis, &c. in quibus nulli nunc inservit usui, adeóque non incommodè omitti poterit: At in *idle* otiosus, *trifle* nuga, *title* titulus, *fable* fabula, *table* tabula, *able* potis, *noble* nobilis, &c. potiùs retinendum videtur, ut præcedentis vocalis productionem notet: Verùm *child* puer, *wild* sylvestris, immansuetus, *mild* mitis, & similia, rectiùs sine finali *e* scribuntur; quamvis enim producatur vocalis *i*, non potest tamen illud ex appositio *e* finali *Quando redundat.*

satis

satis insinuari; si enim illud *e* non modo apponeretur, sed & pronunciaretur, non tamen *i* sed *l* clauderet priorem syllabam, acsi scriberentur *chîl-de*, *wîl-de*, *mîl-de*, quare & *i* nihilominus pro vocali brevi reputanda videretur, utpote quæ syllabam non terminet; non autem *chî-lde*, *mî-lde*, *wî-lde*, cum *l* nunquam inchoent syllabam: Atque idem dicendum est de *mind* mens, *find* invenio, *bind* ligo, &c. Verùm in voce *Chrîst* (quæ apud nos producto sono proferri solet) productio vocalis ex appositio satis innui poterit, acsi scripta supponatur *Chrî-ste*, nam & ejusmodi divisionem patitur analogia linguæ Anglicanæ, & in Χεισ-τὸς unde descendit, ejusmodi agnoscitur syllabarum divisio; sed hîc mos aliter obtinuit ut *Christ* scribatur; & quidem ipsius derivata, *Christian*, &c. pronunciantur per *i* exile seu breve.

Quando manet in medio.

Vocabula per *e* mutum terminata, quamvis deinceps (sive in derivatis, sive in compositis) incrementum finale adsciscant, retinent tamen, si opus est, suum *e* mutum, quod eodem nunc munere quo priùs fungitur.

Vix autem uspiam in medio dictionis reperitur *e* mutum quod non ab origine fuerat finale. Sic *mîles* milliaria, *wîles* stratagemata, *graves* sepulchra, *lives* vitæ, *defiles* polluit, *beleeves* credit, *rarely* rarè, *finely* accuratè, *chargeable* sumptuosus, *changeable* mutabilis, *unchangeableneſſe* immutabilitas, *likeneſſe* similitudo, *enducement* argumentum, *enforcement* coactio, *commencement* principium, comitia,

comitia, *advancement* promotio, *improvement* melioratio, *candle-stick* candelabrum, aliáque innumera, retinent *e* mutum; quia in *mîle*, *wîle*, *grave*, *life*, *defile*, *beleeve*, *rare*, *fine*, *charge*, *change*, *unchangeable*, *like*, *enduce*, *enforce*, *commence*, *advance*, *improve*, *candle*, &c. ejusmodi *e* mutum eisdem rationibus adscriptum fuerat quæ adhuc manent; ideo tamen in illis non sonatur, quia nec in his; utrobique tamen non dubito fuisse aliquando pronunciatum, non minùs quàm in voce *Commandement* mandatum, ubi adhuc pronunciari solet.

Quando sit sonorum.

Siquando tamen voces per *e* mutum terminatæ ejusmodi augmentum finale assumant, ut accidentalis literarum illigabilium necessitas postulaverit interventum vocalis, illud *e* quod priùs mutum erat nunc sonabitur, vel (siquis ita loqui malit) *e* sonans ipsius loco interseretur. Atque hoc præsertim accidit in formando Nominum numero plurali, Adjectivis possessivis, & in tertiis personis Verborum; Ut in *Churches* Ecclesiæ, *houses* domicilia, *prîses* pretia, *boxes* pyxides, *vîces* vitia, *rages* furit, *chooses* eligit, &c. Ubi non tam analogia flexionis, quàm concursus literarum illigabilium, sonum illum postulat: (Non potest enim sonus finalis *s*, immediatè sequi consonas *ſ*, *z*, *x*, *ſh*, vel etiam *c*, *g*, *ch*, molliùs prolatas:) Nam, ubi hæc necessitas non postulat, *e* vel non apparet, vel saltem non sonatur, ut in *hands* manus, *lands* terræ, *mîles* milliaria, *tends* tendit, *makes* facit. &c. At in *tendeth*, *maketh*, &c. sonatur *e*, non quod erat mutum, sed quod est terminationis *eth*.

Quando eliditur.

Quando terminatio, post *e* mutum assumpta, à Vocali incipit, illud *e* plerumque prorsus evanescit, & consona præcedens in eandem syllabam cum

cum sequente terminatione coalescit. Ideóq; meliùs scribuntur *ha-ving* habens, *gĭ-ving* dans, *loveth* amat, *dan-ceth* saltat, &c. quam *have-ing*, *give-ing*, *love-eth*, *dance-eth*, &c. Pertinent enim consonæ finales non propriè ad syllabam præcedentem, quamvis propter defectum propriæ vocalis ad illam necessariò relegatæ fuerunt, (ut cùm Græcè μὲν vel μεν᾽ per Apocopen, vel Apostrophum, pro μενὶ scribitur,) ideoque, adveniente vocali novâ, cum illâ potiùs coalescit. Quod etiam apud Hebræos (quos hac in re imitamur) perpetuò fit: ut in voce טוֹב *tobh* bonus, consona ב propter defectum propriæ vocalis vocali præcedenti subjungitur, sed coactè quidem quum *holem* fit vocalis longa, quæ (etiam apud illos) deberet potiùs syllabam claudere; ideóque in טו־בה *to-bha* bona, טו־בִים *to-bhim* boni, ubi advenit nova vocalis, consona ב in unam cum illâ coalescit syllabam, priorem vocalem deserens cui non sine quadam quasi violentiâ fuerat annexa; quod si consona brevis fuisset, quæ suâpte naturâ consonam ad se trahit, vocalis de novo adveniens postularet vel præcedentis vocalis productionem (ut illa syllabam clauderet,) vel *Daghes* finali consonæ inscribendum, ut, duplicatâ consonâ, non desit vel quæ priorem claudat, vel quæ novam inchoet syllabam; prout ex illius linguæ analogiâ satis liquet.

Ubi autem (apud nos) vocalis ultimæ syllabæ brevis est, potest ea suâpte naturâ consonam unam vel plures post se admittere, eásq; in suâ syllabâ retinere quantumvis alia accedat vocalis. Sic *long* longus, incremento accedente fit *long-er* vel *longer*, longior; nam analogia linguæ utrumvis patitur; at potior videtur hæc syllabarum divisio

long-er

long-er, partim quia ſonus literæ *n* ita ab uſitato ipſius ſono paulum deflectit ut ſolet ante literas (recte pronunciatas,) *c*, *g*, *k*, *x*, in eâdem ſyllabâ; partim quia *g* ſonum fortiorem nactum eſt, ideóq; *e* mutum poſt ſe non habuiſſe credendum eſt, ſi enim radix fuiſſe putetur *longe*, per *g* molle potiùs prolata foret, ut in voce *ſtrange* extraneus. Sic a *drinke* vel *drink* poto, fit *drin-ker* potator, tanquam a *drin-ke*, vel *drink-er*, ut ab origine *drink*; ſed poſterius videtur potiùs eligendum quia *n* ita profertur ut quando *k* ſequitur in eâdem ſyllabâ. Sic *barking* latrans vel a *bar-ke* vel a *bark* duci poteſt, ut ſit vel *bar-king*, vel *bark-ing*. At *dan-ger* periculum, *ſtran-ger* extraneus, dicendum eſt; non *dang-er*, *ſtrang-er* propter molliorem ſonum literæ *g*. In *changeable* mutabilis, dici poteſt vel *change-able* (quæ videri poſſit ſcriptio potior, propter retentum *e* mutum,) vel etiam *chan-geable*, ut maneat *e* ſolummodo ut index mollioris ſoni, ſed quoad alia quaſi ſyncopata habeatur; quod fieri videtur in voce *George*, ſi nempe pro monoſyllabâ habeatur; quódque fit perpetuò apud Italos in vocibus a *Gi* inchoatis, ſequente *a*, *o*, vel *u*, in eâdem ſyllabâ. Atque hactenus de *e* muto diximus.

I vocalis, quoties brevis eſt, ſonatur plerumque (ut apud Gallos aliósque) exili ſono. I

Ut in *bĭt* morſus, *wĭll* volo, *ſtĭll* ſemper, *wĭn* lucro, *pĭn* acicula, *ſĭn* peccatum, *ſĭll* impleo.

At quoties longa eſt, plerumque effer-

tur

tur ut Græcorum *ι*.

Ut *bîte* mordeo, *wîle* stratagema, *stîle* stilus, *wîne* vinum, *pine* tabe consumor, &c. eodem ferè modo quo Gallorum *ai* in vocibus *main* manus, *pain* panis &c. Nempe sonum habet compositum ex Gallorum *è* fœminino, & *i* vel *y*. Hunc autem sonum suaderem ego sic semper pingi *î* suprapositio Latinorum accentu circumflexo, ut a sono exiliori distinguatur.

Si quando sonus *i* exilis occurrat producenda, scribitur illud plerumq; non per *i*, sed per *ee* vel *ie*; ut in *steel* chalybs, *seen* visum, *feel* tactu sentio, *field* ager, *shield* scutum, &c.

O *o* breve eodem modo pronunciatur quo Germanorum *a* vel *o* apertum seu pingue, nisi quod corripiatur.

Eundem sonum productum exprimunt Angli per *au* uel *aw*, rariùs per *â*: Idem enim est sonus primæ vocalis in *mollify* emollio, *maul* malleus; *fond* indulgens, *fawn* hinnulus; *folly* stultitia, *fâcasus*, &c. nisi quod hic productus, illic correptus sit.

Non rarò tamen (sed malè) pro *ŏ* brevi, sonatur *ŭ* obscurum, ore nempe minùs aperto, (in quo solo ab illo differt,) ut cùm *condition* conditio, *London* Londinum, *compasse* circuitus, &c. negligentiùs efferuntur, acsi scripta essent *cundition*, *Lundun*, *cumpasse*, &c. & sic ferè proferri solent *cŭme* venio, *dŭne* factum, *sŏme* aliquis, *sŏnne* filius, *lŏve* amo, *dŏve* columba, & pauca forsan alia. Sonus hîc, si quando

quando opus sit, notari poterit vel aliquantulum mutato charactere literæ *o*, vel, propter characterum defectum, accentu gravi supra posito, *ò*.

O longum effertur ore rotundo; ut Græcorum ω & Gallorum *au*.

Ut in vocibus *sôle* solus, solea, *chôse* elegit, *môre* magis, plus, &c. Distinctionis gratiâ accentu circumflexo supernè notari potest.

V vocalis, quando corripitur, effertur sono obscuro. u

Ut in *but* sed, *cut* seco, *burr* lappa, *burſt* ruptus, *curſt* maledictus, &c. Sonum hunc Galli efferunt in ultimâ syllabâ vocis *ſerviteur*. Differt a Gallorum *e* fœminino, non aliter quàm quòd ore minùs aperto efferatur. Discrimen hoc animadvertent Angli dum pronunciant voces Latinas *iter, itur*; *terter, turtur*; *cerdo, ſurdo*; *ternus, Turnus*; *terris, turris*; *refertum, furtum*; &c.

V longum effertur ut Gallorum *u* exile.

Ut in *lúte* barbitum, *múte* mutus, *múſe* musa, meditor, *cúre* cura, &c. Sono nempe quasi compositio ex *i* & *u*. Hunc à sono superiori distinguere licet vel punctulo, vel accentu supra posito; sic *ú*, *ú*.

E SECT.

SECT. III.

De Diphthongis.

ai, ay. *Ai* vel *ay*, ſonum exprimit compoſitum ex *á* Anglico (hoc eſt, exili) correpto, & *y*.

Ut in voce *day* dies, *praiſe*, laus, &c.

au, aw. *Au* vel *aw*, rectè pronunciatum, ſonum exhiberet compoſitum ex Anglorum *á* brevi, & *w*. Sed a pleriſque nunc dierum effertur ſimpliciter ut Germanorum *â* pingue: ſono nempe literæ *â* dilatato, & ſono literæ *w* prorſus ſuppreſſo.

Eodem nempe ſono efferunt *âll* omnes, *aul*, *awl*, ſubula; *câll* voco, *caul*, *cawl*, omentum, vel etiam tiara muliebris; &c.

ea. *Ea* effertur nunc dierum ut *é* longum: ſono ipſius *a* penitùs ſuppreſſo, & ſono literæ *e* producto.

Nempe illud ſolum præſtat *a*, ut ſyllaba reputetur longa. Ita, *met* obviam factus, *meat* victus; *ſet* ſiſto, ſedere facio, *ſeat* ſella, &c. non ſono differunt niſi quod vocalis illic correpta, hic producta intelligatur.

Ee,

Ee, vel *ie*, effertur ut Gallorum *i* (hoc est, *i* exile) productum. ee, ie.

Eundem nempe sonum quem scribunt Galli *fin*, *vin*, scriberent Angli *feen*, *veen*, vel fortè *fien*, *vien*. Hoc modo scribunt *fiend* cacodæmon, *seen* visum, &c.

Ei vel *ey* sonatur per *é* clarum seu masculinum, & *y*: vel etiam simpliciter per *é* clarum, suppresso sono *y*. ei, ey.

Ut in *receive* recipio, *seize* apprehendo, *deceit* dolus, &c. Nonnulli tamen pleniùs efferunt, acsi per *ai* scripta essent.

Eu, *ew*, *eau*, sonantur per *è* clarum & *w*. eu, ew, eau.

Ut in *neuter* neutralis, *few* pauci, *beauty* pulchritudo. Quidam tamen paulò acutiùs efferunt acsi scriberentur *niewter*, *fiew*, *bieuty*, vel *niwter*, *fiw*, *biuty*; præsertim in vocibus *new* novus, *knew* sciebam, *snew* ningebat. At prior pronunciatio rectior est.

Oo sonatur ut Germanorum û pingue, seu Gallorum *ou*. oo.

Ut in vocibus *good* bonus, *stood* stabam, *root* radix, *foot* pes, *loose* laxus, *loose* laxo, amitto, &c.

Oi, *oy*, efferuntur per *ô* apertum seu oi, oy.

clarum sed correptum, & *y*.

Ut in *noise* strepitus, *boys* pueri, *toys* nugæ, *toyl* labor, *oil* oleum. Nonnulli tamen in quibusdam saltem vocabulis potiùs per *ò* vel *ù* obscurum efferunt, ut *tòil*, *òil*, vel *tŭyl*, *ŭyl*.

OW. *Ou* & *ow*, duplicem sonum obtinent; alterum clariorem, alterum obscuriorem. In quibusdam vocabulis effertur sono Clariori per *o* apertum, & *w*.

Ut in *sóul* anima, *sóuld* vendebam, *snow* nix, *knów* scio, *sów* sero, suo, *ów* debeo, *bówl* poculum, &c. quo etiam sono & *ô* simplex nonnunquam effertur, nempe ante *ld*, ut in *gôld* aurum, *scôld* rixor, *tôld* teneo, *côld* frigidus, *ôld* senex, antiquus, &c. & ante *ll* in *pôll* caput, *rôll* volvo, *tôll* vectigal, &c. Sed & hæc omnia ab aliis efferuntur simpliciter per *ô* rotundum, acsi scripta essent *sôle*, *sôld*, *snô*. &c.

In aliis vocabulis Obscuriori sono efferuntur; sono nempe composito ex *ò* vel *ù* obscuris, & *w*.

Ut in *huòse* domus, *mòuse* mus, *lòwse* pediculus, *bòul* globulus, *òur* noster, *òut* ex, *òwl* bubo, *tòwn* oppidum, *foul* immundus, *fòwl* volucris, *bòw* flecto, *bòugh* ramus, *sow* sus, &c.

At *would* vellem, *should* deberem, *could* possem, *course* cursus, *court* aula, curia, & pauca forsan alia, quamvis (ut proximè præcedentia) per *òu* pronunciari

ciari debeant, vulgo tamen negligentiùs efferri ſolent per *oo*.

Optandum eſſet ut Typographi ſonum illum clariorem ab hoc obſcuriori diſtinguerent; quod fieri poteſt, ſi non diſtinctis characteribus, ſaltem ſi vel illum ſemper accentu acuto, (vel ſi libet circumflexo,) notarent; vel hunc accentu gravi: Aut etiam ſi illum per *ow* hunc per *ou* ſemper ſcriberent.

SECT. IV.

De Conſonis aliquot conjunctis.

Gh in vocum principio ut nudum *g* durum pronunciatur. Gh

Ut in *Ghôſt* ſpiritus, *Gheſſe* conjecturam facio.

Aliàs verò nunc dierum ferè prorſus omittitur; ſyllabam tamen producendam innuit: A quibuſdam tamen (præſertim Septentrionalibus) per molliorem ſaltem aſpirationem *h* effertur.

Ut in *might* poteſtas, *light* lux, *night* nox, *right* rectus, *ſight* viſus, *ſigh* ſingultus, *weigh* pondero, *weight* pondus, *though* quamvis, *thought* cogitatio, *wrought* operatus eſt, *taught* docuit, &c. In paucis vocabulis effertur plerumq; per *ff*, nempe *cough* tuſſis, *trough* alveolus, *tough* tenax, *rough* aſper, *laugh* rideo, proferuntur *coff*, *troff*, *tuff*, *ruff*, *laff*. *Inough* (ſingulare) ſat multum, ſonatur *inuff*; at

inough (plurale) fat multa, ſonatur *enow*.

Ch. *Ch* effertur ut Italorum *c* ante *e* & *i*; ſono nempe compoſito ex *ty*.

Excipe vocabula à Græcis & Hebræis deducta (præſertim nomina propria, & ubi ſequitur conſonans;) hæc enim duriùs, ut per *c* vel *k* efferuntur.

Sh. *Sh* effertur ut Gallorum *ch*, vel *ſy*.

Ph. *Ph* effertur ut *f*: uſurpatur vix alibi quàm in vocibus à Græcis per φ ſcriptis.

Th. *Th* duplicem admittit ſonum; alterum molliorem, affinem literæ Δ; alterum Fortiorem, affinem literæ Τ.

Molliorem habet in Pronominibus, Relativis, & Conjunctionibus, omnibus.

Ut *thou* tu, *thee* te, *thy*, *thine* tuus; *the*, *this*, *that*, hic, ille, *theſe*, *thoſe*, hi, illi, *they* illi, *them* illos, *their* illorum, *there* illic, *thence* inde, *thither* eò, *whither* quo, *either* ſive, *whether* uterum, *neither* neque, *though*, *although*, quamvis.

In paucis item nominibus & verbis, præſertim in *ther* finitis.

Ut *Father* pater, *mother* mater, *brother* frater, *leather* corium, *weather* tempeſtas, *feather* pluma; *Smooth* lævis, *neather* inferior; *Seethe* coquo, *wreathe* torqueo, *breathe* ſpiro, *bequeath* (teſtamento) lego, *clothe* veſtio.

Alibi

Alibi ferè ſemper Fortiorem ſonum obtinet.

Ut in Præpoſitionibus *with* cum, *without* ſine; *within* intra, *through* per: in verbis *think* cogito, *thrive* creſco, ditéſco, *thrów* projicio, *thruſt* trudo, &c. *loveth* amat, *teacheth* docet, *hath* habet, *doth* agit, &c. in Subſtantivis *thóught* cogitatio, *thigh* femur, *thing* res, *throng* turba, *death* mors, *breath* halitus, *cloth* pannus, *wrath* iracundia, *length* longitudo, *ſtrength* fortitudo, &c. & Adjectivis *thick* craſſus, denſus, *thin* rarus, dilutus, tenuis, &c.

Atq; hactenus, quæ ad puram & genuinam linguæ Anglicanæ pronunciationem ſpectare videntur, ſatis prolixè tradidi. Singulas verò variorum locorum dialectos, aut affectatas mulierculatum inepcias, aliósve barbariſmos, operæ pretiũ non eſt ut tradam; ut neq; negligentiores quorundam ſonorũ prolationes ſive cujuſ paſſim apud vulgus, ſive quæ etiam apud Aulicos, aut affectatò delicatulos obtinuerunt; hæc enim ego omnia dediſcenda potiùs quam imitanda duco. Quamvis enim non exiſtimem linguam noſtram à Gallicanæ linguæ ſive elegantiâ ſive morbo penitus immunem eſſe, quin ut inter celeriter loquendum litera nonnunquam una aut altera vel omittatur vel negligentiùs proferatur: illud tamen (ubi mos obtinuit) patimur magis quàm jubemus, & pro tolerando potiùs errore, quàm laudandâ praxi ducimus; adeóque ſiquis accuratiùs loqui velit, id ei laudi potiùs quam vituperio cedet.

Si cui autem nimis hâc in re prolixus videar, ſciat ille me non hoc velle, ut quilibet ex tramite, dum

dum linguam nostram addiscere satagit, singulos minoris notæ apices exactè calleat, aut se discendo fatiget: sufficiet enim ad laudabilem hac in re progressum, ut selectiores quasdam magisque generales regulas, eásque non adeo multas, observet: Cætera vel exercitatio docebit, vel sine magno incommodo ignorati poterant. Atque idem etiam de sequentibus judicium ferendum est, quoties ad minutiora descendo.

CAP. II.

De Anglicanæ Linguæ structurâ; & primum De nomine Substantivo.

Anglicanæ linguæ facilitas.

HActenus de Pronunciatione egimus: sequitur ut de totâ Anglicani Sermonis structurâ agatur. Hæc autem lingua quanquam a quibusdam extraneis difficilior habita fuerit, (ideo forsan quia vel nullis, vel non benè ordinatis præceptis in discendo usi fuerint;) est tamen reverâ omnium quas scio linguarum facillima; & pauciſſimis regulis tota ipsius fabrica tradi poterit.

Has autem dum traditurus sum, nollem exspectetis ut singula artis vocabula, quæ Grammaticæ Anglicanæ cum aliarum linguarum Grammaticis sunt communia, sigillatim explicarem; ut Quid sit *Nomen, Pronomen, Verbum, Participium*, &c. Quid *Substantivum, Adjectivum, Simplex, Compositum, Primitivum, Derivativum, Activum, Passivum, Transitivum,*

Transitivum, *Intransitivum*, &c. Quid *Genus*, *Casus*, *Numerus*, *Persona*, *Modus*, *Tempus*, &c. aliáque similia. Esset enim planè supervacaneus labor; cùm nemo sit, Latinæ linguæ non prorsus ignarus, qui istháec ignorare possit.

Neque tamen exspectetis vellem, ut in hâc linguâ nostrâ omnia Latinorum linguæ penitùs respondeant. Est enim tum in hâc tum in modernis ferè omnibus, à Græcæ Latinæque linguæ syntaxi immanis discrepantia (inde præsertim orta, quod Casuum diversitates non agnoscamus.) Quam rem dum pauci animadvertunt, in nostrâ pariter & aliis modernis linguis tradendis, plus intricati laboris suscipiunt quàm opus est.

Genera, Casus, & Numeri.

Nomina Substantiva, apud nos, nullum vel *Generum* vel *Casuum* discrimen sortiuntur. Adeóq; multum tædii, quod in linguis aliis, præsertim Græcâ & Latinâ, his de rebus reperitur, prorsus abscinditur. *Numerorum* tamen discrimen agnoscimus in Substantivis, atque etiam in Verbis.

Sexuum discrimen si quando velimus exprimere; non fit illud variis nominum Generibus; Masculino putà, Fœminino, & Neutro; quæ ne quidem apud Latinos sexus distinguunt; sunt enim *Scortum*, *mancipium*, *amasium*, &c. Neutrius Generis, at Sexum vel Masculum vel Fœmineum referunt; & contrà, *Gladius*, *vagina*, *arcus*, *sagitta*, aliáque innumera, quanquam neutrius Sexûs sint,

sint, sunt tamen Generis vel masculini vel fœminini. Sed nos Sexus eodem plane modo quo Ætates (aliáque accidentia) distinguimus; distinctis vocabulis, vel adjunctis Adjectivis, (sicut & Latini non rarò faciunt;) ut vir *a man*, mulier *a woman*, juvenis *a youth*, virgo *a mayd*, puer *a boy*, puella *a girle*: Equus *a horse*, equa *a mare*, equus castratus *a gelding*, pullus *a côlt*: Lepus mas *a male hare*, lepus fœmina *a female hare*: Dama *a deer*, dama mas *a buck*, dama fœmina *a doe*; Cervus *a stag*, *hart*, cerva *a hind*; damula, hinnulus, *a fawn*. Anser mas *a gander*, anser fœmina *a goose*, anserculus *a goslin*; Caper *a hee-goat*, capra *a shee-goat*, capella *a kid*.

Numerus Pluralis. **Substantiva singularia fiunt Pluralia addendo *s*: cui etiam aliquando præfigitur *e*, quoties nempe necessitas pronunciandi illud postulat.**

Necessitas autem pronunciandi hoc postulat quoties immediatè præcedunt *s*, *z*, *x*, *sh*; vel etiam *e*, *g*, *ch*, sono molliori prolata. Ut *a hand* manus, *a tree* arbor, *a house* domus, *a fox* vulpes, *a fish* piscis, *a maze* labyrinthus, *a prince* princeps, *an age* ætas, *a tench* tinca; pluraliter *hands*, *trees*, *houses*, *foxes*, *fishes*, *mazes*, *princes*, *ages*, *tenches*. Estque hæc sola (nunc dictum) pluralis numeri regularis formatio.

At olim etiam per *en* vel *yn* formabant pluralia; quorum pauca admodum adhuc retinemus. Ut *an ox* bos, *a chick* pullus (avium,) pluraliter *oxen*, *chicken*; (sunt qui dicunt in singulari *chicken*, &

in

n plurali *chickens*.) Item *a fere* filix, pluraliter *ferns*; (verùm nunc plerumque *fern* utroque numero dicitur, sed & in plurali *ferns*; nam *fere* & *ferns* propè obsoleta sunt.) Dicunt etiam nonnulli (sed ariùs) *houſen*, *eyn*, *ſhoon*, &c. pro *houſes*, *eyes*, *ſhoes*, &c. Dicunt nonnulli *a peaſe* pisum, pluraliter, *peaſen*; at meliùs, singulariter *a pea*, pluraliter *peas*.

Sunt etiam & alia quædam hujus formationis vestigia, sed quæ alio etiam nomine ut plurimum sunt irregularia; ut *a man* (olim *manne*) homo, vir, *a woman* mulier, pluraliter *men*, *women*, (*wemen*, *weomen*,) per syncopen pro *manen*, *womanen*; (Saxonicè olim dicebant *a man* homo, *a weapon-man* vir, *a wyfman* mulier.) Sic *a brother* frater, *a child* puer, pluraliter *brethren*, *children*. Item *a cow* vacca, pluraliter *keen* vel *kine* (quasi *cowin*.) Sic & *ſwine* sues (quasi *ſowin*) à singulari *ſow*; (at nunc *ſow* tantum de sue fœminâ dicitur; *ſwine* verò in utroque numero, de utroque sexu.) Sed & harum nonnulla retinent etiam formationem analogam; ut *brothers*, *cows*, *ſows*.

Sunt & alia pauca irregularia; *a mouſe* Mus, *a louſe* pediculus, *a foot* pes, *a gooſe* anser, *a tooth* dens; pluraliter *mice*, *lice*, (vel *meece*, *leece*,) *feet*, *geeſe*, *teeth*: & vix plura. *Sheep* ovis, *hoſe* caliga, promiscuè dicuntur in utroque numero; sicut etiam *ſwine*, *chicken*, *fearn*, *peas*, ut supra dictum est.

Finita in *f* plerumque alleviantur in plurali numero, substituendo *v*. ut *wife* uxor, *life* vita, *knife* cultet, *ſheaf* fasciculus, *ſhelf* abacus, vel scamnum cui aliquid imponitur, *wolf* lupus, *ſelf* propria persona, *half* semissis, *calf* vitulus, &c. pluraliter *wives*, *lives*, *knives*, *ſheaves*, *ſhelves*, *wolves*, *ſelves*, *halves*,

halves, *calves*, &c. Eadémque alleviatio est etiam in *s* & *th*, quamvis retento charactere, in *house* domus, *clo̅th* pannus, *path* semita, &c. pluraliter *houses*, *clôthes*, *pathes*, &c.

CAP. III.

De Articulis.

rticuli. SUbstantivis non rarò præfigimus duos (quos vocant) Articulos *A* & *The*.

Sunt autem reverâ nomina Adjectiva, & eodem planè modo usurpantur quo reliqua adjectiva. His respondent Gallorum articuli *un* & *le*; Germanorum *ein* & *der*.

A, an. *A* (seu, ante vocales, *an*,) est articulus Numeralis; atque idem omnino significat ac *one* unus, sed minùs emphaticè.

Notat vocis generalis particulari cuidam (sive speciei, sive individuo, saltem vago) applicationem: (ut *Patience is a vertue* patientia est virtus, vel quædam virtus:) Ideóque soli numero singulari præfigitur (necessitate materiæ, non formæ) ut & vox *unus*. Si verò pluribus particularibus (sive speciebus sive individuis) vox generalior applicetur, illud numero Plurali innuitur; (éstque hic reverâ solus numeri Pluralis usus:) sic *men* homines, de individuis dici manifestum est; & *vertues* virtures, de virtutis vel speciebus vel individuis.

The

The est articulus Demonstrativus, idémque significat ac *that* illud, sed minùs emphaticè. The

Notat Particularium unius pluriúmve (quibus actu applicatur vox Generalis) Determinationem. Sic [Terram] dicimus *earth* ubi ipsam speciem, seu elementum terræ designamus; at *the earth* si globum terrenum (quod Individuum quoddam determinatum est) intelligamus. Attribuitur tam numero Singulari quàm Plurali; quia tam de uno quàm de pluribus individuis possumus determinatè loqui.

Neuter horum articulorum præfigitur vel voci generali generaliter significanti, (utpote cujus significatio particularibus actu non applicatur;) vel nomini proprio, (quod ex se satis innuit & individuum & quidem determinatum;) vel etiam ubi aliud aliquod adjectivum adest quod hos articulos virtualiter contineat, (redundarent enim,) ut vir *a man*, vir unus *one man*, vir aliquis *some man*, vir quilibet *any man*: Mundus *the world*, hic mundus *this world*: ubi *one*, *some*, *any*, virtualiter includunt *a*; & *this* etiam virtualiter includit *the*.

Peculiares sunt phrases *many a man*, *never a man*; differunt enim ab his *many men*, *no men*, sicut *every man* ab *all men*: priores enim significant *multos homines*, *nullos homines*, *omnes homines*, sigillatim sive distributivè acceptos, posteriores saltem conjunctim seu collectivè acceptos. Nec hisce prorsus absimiles sunt, ubi (post *such* talis, & adverbia comparationis *as*, *so*, tam, *too* nimis, at vix alia,) articulus *a* Substantivo & suo Adjectivo præcedenti interponitur (quia solet aliàs utrique præponi:)

ponit) ut *such a guift, is too small a reward, for so great a labour, and so great a benefit*; Tale munus est nimis exigua merces pro tanto (tam magno) labore, tantóque etiam beneficio.

CAP. IV.

De Præpositionibus.

Præpositionum usus.

DIversitatem Casuum (quos habet Præsertim Græci & Latini) Anglicana Lingua (ut dictum est) neutquam agnoscit: Sed Præpositionum auxilio rem omnem illam præstamus quam Græci & Latini partim Præpositionibus partim Casuum diversitate perficiunt.

Ideóque Præpositionum doctrinam, dum de nominibus Substantivis ago, (sólis enim Substantivis aut Substantivè positis, præfiguntur, suntque horum quasi communis affectio,) præter aliorum methodum placuit interserere. Paucarum enim harum vocularum significatu cognito, tota ferè nominum syntaxis simul intelligitur.

Præpositio enim, Substantivo quod regitur præfixa, ostendit quem habeat illud respectum ad vocem illam (sive verbum sit, sive nomen, aliáve orationis pars) a quâ regitur. Præpositiones enim ut plurimum Argumentis (ut loquuntur) Logicis sive Locis Topicis, innuendis inserviunt.

Vox Nominativa, & Accusativa,

Vox Substantiva *Verbo præfixa* ut Latinorum casus Nominativus, (quam igitur

Vocem

Vocem Nominativam, distinctionis ergò vocabimus;) Aut etiam *Absolutè posita* (ut loquuntur Latini;) Aut denique *Verbo transitivo postposita* ut Latinorum casus Accusativus (quam igitur *vocem Accusativam* dicemus;) nuda semper ponitur sine præfixâ Præpositione.

Notandum autem est, Substantivum apud nos Absolutè poni, non modò ut Latinorum casus Ablativus absolutè positus, qui nempe à nullo regitur: Sed etiam ut eorum casus Nominativus Absolutè positus, qui nempe nulli verbo præponitur; putà in librorum titulis, ut cùm poema Virgilianum inscribitur *Æneis*; & ubi casus Nominativus quasi suspenditur, alio nempe ante Verbum interserto, ut *Alexander magnus, ille quidem orbem vicit*; qualis constructio in Latinâ linguâ rariùs occurrit, in Græcâ Hellenisticâ sæpiùs, in Hebraicâ sicut & nostrâ Anglicanâ sæpissimè.

Præpositio *Of* idem omnino innuit quod Latinorum casus Genitivus, & eandem cum illo significationis varietatem admittit, sive Substantivis, Adjectivis, aut Verbis postponatur. Of.

ut Opera Aristotelis, *The Works of Aristotle.* Pro illo autem non rarò ponitur Adjectivum Possessivum, de quo suo loco dicetur.

Sed & significat Objectum circa quod, ut

ut Latinorum *De*; ut & Materiam ex quâ, ut Latinorum *Ex*.

ut, Tractatus de virtute, *A treatise of virtue*, (aut *concerning virtue*;) Poculum ex auro, *A cup of Gold*.

Off, On. *Off* ſeparationem ſignificat; ut aliquando Latinorum *abs*, *ex*, ut *abſcindo*, *exuo*: Cui opponitur *On*, continuationem innuens: (exuo *to put off*, induo *to put on*:) hinc *up-on* ſuper.

From. *From* innuit terminum a quo; ut Latinorum *Ab*.

To, unto. *To* vel *unto*, innuit terminum ad quem, atque item terminum Relationis; quæ Latini partim per caſum Dativum, partim per præpoſitionem *Ad* inſinuant.

Notandum autem eſt hanc præpoſitionem nonnunquam tam inter loquendum quam ſcribendum omitti; ut quum dicimus *like mee* mihi ſimilis, *give mee* da mihi, *tell mee* dic mihi, *near mee* mihi propinquum, &c. ubi ponitur *mee* ellypticè pro *to mee*.

Till, until *Till*, *un-till*; Uſquedum. Tantùm de tempore dicitur.

For. *For* innuit finem cui, vel pro quo: idémque valet quod Latinorum *pro*, & quod (nonnunquam) caſus Dativus.

Quod

Quod mihi (ſeu pro me) paratur, alteri datur; *What is prepared For mee, is given To another;*

By innuit Latinorum *per*; ut & Ablativum cauſæ efficientis (tam principalis, quàm inſtrumentalis, & moralis,) cui non rarò præponiunt Latini præpoſitionem *Ab*: Item *juxta* vel *præter*, (non modo in ſignificatione locali, ſed & exceptivâ.) By.

Unde, *Be-ſide* juxta, præter, (quaſi, juxta latus:) *be-neath*, *be-low*, infra, (quaſi in humili;) *be-fore* ante; *be-hind* poſt, a tergo; *be-yond* ultra; *be-hither* (*on this ſide*) citra; *be-tween*, *be-twixt*, inter, (ſaltem de duobus dicitur; at *among* inter, non niſi de pluribus:)

Ab hoſte occiſus eſt per (juxta, prope,) aquæ fontem, ſed primum ſuo ipſius metu, deinde hoſtis gladio vulneratus, *Hee was ſlain By his enemy*, *By* (*beſide*, *near*) *a ſpring Of water*, *but wounded firſt By his own fear*, *then By his enemies ſword.*

With indicat inſtrumentum, ut Latinorum Ablativus Inſtrumenti: atque etiam concomitantiam, ut Latinorum *Cum*. With.

Gladio occiſus, *ſlain with a ſword*; mecum moratur, *he abideth with mee.*

Through indicat Medium; & propriè quidem medium Locale, ſed & etiam medium Phyſicum, & Morale.

Radii ſolis, incredibili pernicitate tranſeunt, a cœlo, per aerem, ad terram, calore & lumine præditi, quibus nos oblectat, & plantas vivificat, quas Deus nobis paravit, nobiſque dedit, in uſum noſtrum & ipſius gloriam. *The beames Of the ſun With incredible ſpeed, paſſe From heaven Through the air To the earth, indued With light and heat. By (with, through) which it comforteth us, and quickeneth the plants which God hath prepared For us, and given To us, For our uſe and his glory.*

After, &c. *After* poſt, *againſt* contra, *among*, *amongſt*, inter; *near*, *nigh*, prope; unde *next* (quaſi *nigh'ſt*) proximè.

In. *In* reſpondet Latinorum præpoſitioni *in* cum Ablativo; & ſignificat quaſi præſentiam in loco.

Unde, *within* intra, σὺν τοῖς ἔνω.

Into. *Into* reſpondet Latinorum præpoſitioni *in* cum caſu Accuſativo; & ſignificat quaſi motum in locum.

Out. *Out* vel *out of* valet *ex*. Unde *with-out* extra, *ab-out* circa,

At, &c. *At* (apud) indicat exiſtentiam in loco.

Pro quo in compoſitione plerumque ponitur *a*, & (ante vocalem) *ab*; ut *a-bed* in lecto, *a-broad* foras, (quaſi in lato,) *ab-ove* (*over*) ſupra; *a-low*, *a-fore*, *ab-aft* (pro *below*, *before*, *after*;) *a-board* in navi (quaſi ſuper tabulatum;) *a-bout* circa (quaſi,

(quasi, in extremitatibus;) *a-doing*, faciens, facturus, in faciendo; *a-dying* moriens, in moriendo; *a-frayd*, *a-feard*, territus, in timore positus; *to a-fright* terrefacio; *at-length*, *at-last*, tandem (quasi, ad longitudinem, ad extremum;) *at-least* saltem (quasi, ad minimum;) &c. Forsan & *a-gainst* contra, *a-mong*, *a-mongst*, inter; hinc etiam deduci possunt.

Ward versùs, semper postponitur. Ward.

Ut *to-ward* erga, adversùs; *hither-ward* huc, huc-versus; *up-ward* sursum, sus-versum; *down-ward* deorsum, de-versum; *fore-ward* prorsum, antrorsum, præ-versum, anteriùs-versum; *back-ward* retrorsum, retro-versum; *heaven-ward*, *toward heaven*, *to heaven-ward*, cœlum versus.

Touching, *concerning*, (spectans, attingens, concernens) propriè sunt Participia, at usurpantur fæpe ut Præpositiones: Sic *according to* consonans, *belonging to* attinens, aliáque forsan aliqua participia. Touching, &c.

Præpositiones non rarò degenerant in Adverbia: Sicut & Latinorum, sine suis casibus positæ.

CAP. V.

De Adjectivis.

ADjectiva, sine omni vel Casuum, vel Generum, vel etiam Numerorum discrimine, suis Substantivis adjunguntur: Eodem planè modo quo Adverbia *Adjectivorum usus.*

Verbis aliisve orationis partibus. Et quidem plerumque immediatè præfiguntur, si saltem sola veniunt nec suo (quod regunt) satellitio comitata.

Eorum sedes.

Ut Vir bonus *a good man*, bona mulier *a good woman*, res bona *a good thing*, pluraliter *good men*, *good women*, *good things*.

Substantivum autem cum suo Adjectivo (sicut & vox rectrix quæcunque cum toto suo quantocunque satellitio) habetur quasi una vox composita: unde illud Aggregatum non rarò aliud assumit Adjectivum (vel etiam aliam quamvis affectionem) eodem prorsus modo acsi esset una vox: (atque hoc demum tertium, & sic deinceps.) ùt Vir *a man*, vir senex *an old-man*, senex prudens *a wise old-man*, senex valdè prudens *a very-wise old-man*, tres prudentes senes *three wise old-men*. Ubi Substantivo *man* præfigitur articulus Adjectivus *a*; deinde eidem substantivo *man* præfigitur adjectivum *old*, & substantivo *old-man*, articulus *an*; item Substantivo *old-man* Adjectivum *wise*, aut etiam Adjectivum Adverbio modificatum *very-wise*, & toti item huic aggregato Adjectivum *three*, vel (pluraliter) *three*.

Ubi verò vel plura sunt Adjectiva quasi collateraliter copulata, vel etiam unum cum suo satellitio, plerumque postponuntur Substantivo.

Ut, Vir prudens pariter & fortis, *a man both wise and valiant*; vir summe prudens, *a man exceeding wise*; vir multis rebus peritus, *a man skil-*

ful

full in many things: Sed etiam dicimus *A wise and valiant*, *An exceeding wise man*, *A skilfull man in many things*.

Duo tamen sunt Adjectivorum genera, a Substantivis immediatè descendentia, quæ semper substantivis suis præponuntur. Eadémque omnium fere præpositionum vices supplent.

Primum quidem Adjectivum *Possessivum* libet appellare. Fit autem à quovis Substantivo (sive singulari sive plurali) addito *s* (aut *es*, si necessitas pronunciationis postulaverit.) Illud autem innuit quod præpositio *of*, cùm Latinorum Genitivo Possidentis aut etiam Efficientis respondet. *Adjectiva Possessiva.*

Ut *Mans nature*, *the nature of man*, natura humana vel hominis; *mens nature*, *the nature of men*, natura humana vel hominum; *Virgils poems*, *the poems of Virgil*, poemata Virgilii vel Virgiliana,

Atque idem omnino fit ubi substantivum aggregatum occurrit, (hoc est, substantivum primarium cum suo quasi satellitio,) toti nempe aggregato postponitur *s* possessivi formativum. *The Kings Court*, Aula Regia, vel Regis; *The King of Spain's Court*, Aula Regis Hispaniæ; (vel *the Court of the King*, *the Court of the King of Spain*:) toti nempe illi aggregato *the King of Spain*, tanquam uni Substantivo, postponitur litera formativa *s*.

Neque id mirum cuiqua videri debeat, quòd ex vocum aggregato formetur vox Derivati-

va; quippe illud in ipsâ Latinâ linguâ (ne alias memorem) sæpe fit. Nempe à *trans-Alpes*, *cis-Alpes*, formantur *Transalpinus*, *Cisalpinus*; similitérque *Subterraneus*, *Supercælestis*, *Ultramarinus*, *Antemeridianus*, *Postmeridianus*, *Antelucanus*, *Antesignanus*, *Intercolumnium*, *Intertignium*, *Intermuralis*, *Internodium*, *Intramuranus*, *Extramuranus*, *extemporaneus*, *extraordinarius*, *aborigines*, *ingeniculus*, *præcordia*, *præludium*, *subdialis*, *subjugis*, *subjugare*, *suburbia*, *suburbanus*, *summœnium*, *summœnianus*, *supplanto*, *superliminare*, *præliminaris*, *circumforaneus*, aliâque multa, formantur ab his vocum aggregatis, *sub terrâ*, *super cælum*, *ultra mare*, *ante meridiem*, *post meridiem*, *ante lucem*, *ante signa*, *inter columnas*, *inter tigna*, *inter muros*, *inter nodos*, *intra muros*, *extra muros*, *ex tempore*, *extra ordinem*, *ab origine*, *in genua*, *præ corde*, *præ ludo*, *sub dio*, *sub jugo*, *sub jugum*, *sub urbe*, *sub mœnibus*, *sub plantâ*, *super limine*, *præ limine*, *circum fora*, &c.

Si tamen Substantivum Plurale exeat (ut plerumque fit) in *s*; duo *s* (nempe formativum pluralis, & formativum possessivi,) in unum coincidunt, seu potiùs prius (euphoniæ gratiâ) eliditur: ut *the Lord's House*, *the House of Lords*, Domus Dominorum, seu Magnatum; *the Common's House*, *the House of Commons*, Domus Communium; pro *the Lords's House*, *the Commons's House*.

Quod idem etiam fieri non rarò solet in numero singulari, quoties nomen Proprium exit in *s*: ut *Priamus Daughter, the Daughter of Priamus*, Priami filia; *Venus Temple, the Temple of Venus*, Veneris templum: pro *Priamus's Daughter, Venus's Temple.*

Sed & plena scriptio retinetur (& quidem nunc dierum frequentius quàm olim;) ut *King Charles's Court*, Aula Regis Caroli; *St. James's Park*, vivarium sancti Jacobi, seu, ad Sti. Jacobi (ædes.)

Qui autem arbitrantur illud *s*, loco vocis *his*, adjunctum esse, (priori scilicet parte per Aphæresin abscisâ,) ideóque Apostrophi notam semper vel pingendam esse vel saltem subintelligendam; omnino errant. Quamvis enim non negem quin Apostrophi nota commodè nonnunquam affigi possit, ut ipsius literæ *s* usus distinctiùs, ubi opus est, percipiatur; ita tamen semper fieri debere, aut etiam ideò fieri quia vocem *his* innuat, omnino nego. Adjungitur enim & Fœminarum nominibus Propriis, & Substantivis pluralibus, ubi vox *his* sine solœcismo locum habere non potest: atque etiam in possessivis *ours, yours, theirs, hers*, ubi vocem *his* innui nemo somniaret: & quidem ipsa vox *his*, ut & interrogativum *whose*, nil aliud sunt quam *hee's*, *who's*, ubi *s* idem omnino præstat quod in aliis possessivis: Scribitur autem *his* pro *hees*, eodem errore quo nonnunquam *bin* pro *been*; item *whose* pro *who's*, eodem errore quo *done*, *gone*, *knowne*, *growne*, &c. pro *doen*, *goen*, *knowen*, *growen*, vel *do'n*, *go'n*, *know'n*, *grow'n*; utrobique contra analogiam linguæ.

Alterum

Respectiva. Alterum Adjectivorum (quod innuebatur) genus est, quod Adjectivum *Respectivum* (quoniam aptius non occurrit vocabulum) appellare libet: Quo Respectus alii ferè omnes (præter eos qui adjectivo Possessivo innuuntur) innui solent: Qui tamen multò distinctiùs, ubi illud requiritur, per Præpositiones exprimuntur. Est autem nihil aliud quàm ipsa vox Substantiva adjectivè posita: & quidem non rarò sequenti voci per *Hyphen* conjungitur, quasi fieret vox composita.

Sic *a Sea-fish, a fish of the Sea*, piscis marinus, vel maris, (in mari, ex mari, ad mare pertinens;) *a river fish* piscis fluvialis; *a wine-vessel, a vessel for wine*, vas vinarium, seu vino destinatum; *a Turky-voyage, a voyage to Turky*, navigatio Turcica, seu in Turciam; *a sea-voyage, a voyage by sea*, iter marinum, seu per mare, *home-made, made at home*, domi factum, vel apud domum; *self-love* φιλαυτία, sui amor; *self murder*, αὐτοχειρία, sui cædes; *man-slaughter, the slaughter of man*, homicidium, humana cædes, cædes hominis; *a gold-ring, a ring of gold*, annulus aureus, vel ex auro, & infinita alia.

Neque solis Substantivis, sed & Adjectivis, Participiis, aliisve forsan orationis partibus, hujusmodi Adjectiva Respectiva adjiciuntur: ut *a sun-shiny day*, dies ἡλιαυγὴς, solis splendore clarus; *a self-tormenter*, vel *self-tormenting man*, Heautontimorumenus, ἑαυτὸν τιμωρούμενος.

Cum

Cum autem Adjectiva non nisi Substantivis adjungi soleant; Dicendum est, vel illa hîc loci (ut alia etiam Adjectiva) in Adverbia degenerare; vel potiùs supponenda sunt cum Substantivis primò conflari, ut *sun-shine* solis splendor, *self-torment* αὐτοτιμωρία, sui tormentum; & deinde ex his aggregatis formari Adjectiva, *sun-shin-y*, *self-torment-ing*.

Si quis autem hæc omnia pro Compositis haberi contendat; ego non prorsus abnuo, modò talia composita dicat esse qualia sunt ὅστις, ὧντινων, οὐκέτι, τοιγαροῦν, *etjam*, *quare*, *quamobrem*, *quandoquidem*, *nihilominùs*, *respublica*, *senatus*, *consultum*, *hujusmodi*, *&c.* in quibus & voces ipsæ & Syntaxis manet integra.

Notandum autem est, quod hujusmodi Adjectiva nonnulla, quoties Materiam significant, (& *Materialia* igitur dici possunt,) terminationem *en* aliquando assumunt: ut *a gold-ring*, *a golden ring*, annulus aureus; *a brass-vessel*, *a brazen vessel*, vas æneum; *a horn top*, *a hornen top*, trochus corneus; Sic *a leaden pipe* tubus plumbeus; *a wooden beam* trabs lignea; *Woollen cloth* pannus laneus; *Linen cloth*, *flaxen cloth* pannus lineus; *hempen cloth* pannus cannabinus; *an earthen vessel* vas fictile, vas terreum; & rarò alia. *Materialia.*

Sed nec hæc Adjectiva Materialia tam strictam subeunt legem quin aliquando possint suis substantivis postponi; Ut nec alia Adjectiva (præter duo jam enumerata genera) sive primitiva sint, sive a Substantivis aut aliunde formata; quorum non pauca genera suo loci recensebuntur.

Adjectiva

Adjectiva Subſtantivè poſita (hoc eſt, omiſſo ſuo Subſtantivo,) pro Subſtantivis habentur: Et, Adverbialiter poſita, adverbiaſcunt.

CAP. VI.

De Comparationibus.

NOmina Adjectiva (ut apud Latinos) Comparationem ſortiuntur; Gradus nempe adſciſcunt Comparativum & Superlativum,

Gradus Comparationis.

Gradus Comparativus formatur a Poſitivo addendo *er*; Superlativus addendo *eſt*.

Ut *fair* formoſus, *fairer* formoſior, *faireſt* formoſiſſimus. Sed & uterque gradus per circumloquutionem formantur, ut apud Latinos; ut, *more fair*, *moſt fair*, *very fair*, magis formoſus, maximè formoſus, vàldè formoſus.

Tria quidem (& vix plura) formantur irregulariter. *Good* bonus, *better*, *beſt*, (pro *bet'ſt*;) *Bad*, *ill*, malus, *worſe*, (& *worſer*,) *worſt* (pro *wors'ſt*;) *Little* parvus, *leſs* (& *leſſer*,) *leſt* (pro *les'ſt*.)

Multi pro *leſt* ſcribunt *leaſt*, (ut diſtinguatur a conjunctione *leſt* ne, ut non,) verùm omnino contra analogiam Grammaticæ. Mallem ego Adjectivum *leſt*, Conjunctionem *leaſt* ſcribere.

Ex quibuſdam ſive Præpoſitionibus ſive Adverbiis

verbiis formantur (ut apud Latinos) Adjectiva Comparativa & Superlativa. Sic *Be-fore, former, formoſt,* (& *firſt,* quaſi *for'ſt*) præ, prior, primus; *Ab-ove, over, overmoſt,* vel *up, upper, upmoſt,* & *uppermoſt,* ſupra, ſuperior, ſupremus: *Be-neath, neather, neathermoſt,* infra, inferior, infimus: *Behind, hinder, hindmoſt,* & *hindermoſt*: *Late, later, lateſt, la'ſt,* poſt, (ſerò,) poſterior, poſtremus: *Much* multum, & *many* (olim *moe*) multi, faciunt *more, moſt,* quaſi *mo'r mo'ſt.*

Ut alia adjectiva, ita præſertim Comparativa & Superlativa ſæpiſſimè adverbiaſcunt.

Ut *ill-done* malè factum, *much leſs* multò minus, *leſs pleaſant* minùs volupe, *moſt learned* maximè doctus.

CAP. VII.

De Pronominibus, ſeu Nominibus Perſonalibus.

NOmina quædam *Perſonalia*, vulgo *Pronomina* dici ſolent; ideo quia alterius Nominis quaſi vicem ſupplent.

Sunt quidem revera Nomina, ſed aliquantum irregularia.

Hæc

Pronominum ſtatus duplex.

Hæc autem, tam ſingularia quam plu-ralia, duplici ferè formâ ſeu ſtatu occur-runt: alterum ego *Rectum* apello, al-terum *Obliquum*. Habéntque ſua ad-jectiva Poſſeſſiva, licèt peculiari ple-rumque modo formata.

In ſtatu recto uſurpantur quoties vel Abſolutè ponuntur; vel Verbò præcedunt ut Latinorum caſus rectus: In ſtatu verò obliquo, ubivis alibi as; quippe cùm Verbo, Præpoſitioni, aliíve voci rectiici poſtponuntur.

Pronominum enumeratio.

I.

Primam perſonam deſignat in Recto Singulari *I* ego, in Obliquo *mee*, cujus Poſſeſſivum *my*, *mine*; In Recto Plurali *wee* nos, in Obliquo *us*, cujus Poſſeſſivum *our*, *ours*, noſter.

Thou.

Secundam perſonam deſignat *thou* tu, in obliquo *thee*, unde Poſſeſſivum *thy*, *thine*; Pluraliter (tam in recto quam obliquo) *yee*, *you*, vos, unde Poſſeſſivum *your*, *yours*, veſter.

Hee.

Tertiam perſonam, ubi de Maribus ſit ſermo, *hee* ille, in obliquo *him*, (pro *heem*,) unde Poſſeſſivum *his* (pro *hee's*:) Sin de

Shee.

Fœminis agatur, *ſhee* illa, in obliquo *her*, Poſſeſſivum *her*, *hers*: Si autem de neutro

It.

ſexu agatur, *it* illud (tam in ſtatu recto quam obliquo,) unde Poſſeſſivum *its*. In plurali (ſive de maribus, fœminis, aut neutris

neutris agatur,) *they* illi, illæ, illa; in obliquo *them* (*theim:*) Poſſeſſivum *their*, *theirs.*

Interrogativum, in utrovis numero, de Perſonis eſt, *who* quis, in obliquo *whom*; De Rebus (tam in recto quam obliquo) *what*; Poſſeſſivum *whoſe*, (vel potius *who's*,) Quod tamen de Rebus rariùs uſurpatur, ſed potiùs *whereof.* Who.

Notandum autem Poſſeſſiva *my*, *thy*, *her*, *our*, *your*, *their*, tunc uſurpari quando Subſtantivis conjunguntur; ut *this is my houſe*, hæc eſt mea domus: at *mine*, *thine*, *hers*, *ours*, *yours*, *theirs*, ubi Subſtantivum ſubintelligitur, ut *this houſe is mine*, domus hæc eſt mea: ſed & *mine*, *thine*, dicimus nonnunquam ubi Subſtantivum exprimitur, ſed ſolummodo ante Vocalem; ut *my arm* vel *mine arm*, brachium meum. Nonnulli etiam *hern*, *ourn*, *yourn*, *hisn*, dicunt, pro *hers*, *ours*, &c. ſed barbarè, nec quiſquam (credo) ſic ſcribere ſolet.

Notandum item apud nos morem obtinuiſſe (ſicut apud Gallos aliòſque nunc dierum) dum quis alium alloquitur, ſingularem licèt, numerum tamen pluralem adhibendi; verùm tunc *you* dicimus, non *yee*. Singulari verò numero ſiquis alium compellet, vel dedignantis illud eſſe ſolet, vel familiariter blandientis.

Hæc

Hæc autem omnia Pronomina simul conspicienda proponit hæc Synopsis.

		Pronom. Primitiva, in statu Recto	Obliquo	Eorum Possessiva cum Substantivo	Possessiva sine Substantivo
Pers. 1.	Singularis	*I*	*mee*	*my*	*mine*
	Pluralis	*Wee*	*us*	*our*	*ours*
Pers. 2.	Singularis.	*Thou*	*thee*	*thy*	*thine*
	Pluralis.	*Yee*	*you*	*your*	*yours*
Pers. 3.	Sin. Mas.	*Hee*	*him*	*his*	
	Sin. Fœ.	*Shee*	*her*	*her*	*hers*
	Sin. Neu.	*It*		*Its*	
	Pluralis.	*They*	*them*	*their*	*theirs*
Interrogativum.	Personarũ.	*Who*	*whom*	*who's*	
	Rerum.	*What*		*whereof*	

Demonstrativa

Demonſtrativa *this*, *that*, hic, ille; pluraliter *theſe*, *thoſe*; Item *the ſame* idem; & Relativum vel etiam Interrogativum *which* qui: nullâ ratione dicenda puto Pronomina, ſed planè nomina Adjectiva. This, that

Non enim pro nomine Subſtantivo poni ſolent, ut nempe ipſius locum ſuppleant, (quod in Pronominibus fieri debere ipſa Denominatio oſtendit:) ſed Subſtantivis adjiciuntur, eodem planè modo quo alia quælibet Adjectiva; ut *this man*, *that man*, *which man*, *the ſame man*, homo hic, ille, quis, idem. Si enim aliquando ſine ſuis ſubſtantivis occurrant, quod quidem non rarò fit, ipſa tamen Subſtantiva ſubintelliguntur; Dicimus enim Latinè *unus*, *multi*, *omnes*, *alii*, *docti*, *indocti*, &c. Anglicè, *one*, *many*, *âll*, *others*, *the learned*, *the unlearned*, &c. omiſſis Subſtantivis: Nec tamen hæc Adjectiva in Pronominum numerum accenſeri ſolent.

Relativum *which* qui, uſurpatur etiam interrogativè; ut in aliis linguis fieri ſolet: & (de perſonis) *who* & *whom*. Which.

Eſt autem nomen adjectivum.

De his autem notandum eſt, dici non rarò *hereof*, *thereof*, *whereof*; *hereby*, *thereby*, *whereby*, &c. pro *of this*, *of that*, (*of theſe*, *of thoſe*,) *of which*; *by this*, *by that*, (*by theſe*, *by thoſe*,) *by which*, &c.

Notandum item vocem *what* (interrogativè, aut indefinitè ſumptâ) aliquando Adjectivè poni; ſed non eodem ſenſu quo inter Pronomina ſuprà retulimus: What.

retulimus: Nam *what* Pronomen, significat *Quid* (substantivè sumptum;) at *what* Adjectivum, potiùs est *qualis*; ut *what man*, qualis homo.

Pro Relativo *which*, non rarò ponitur *That*.

Own. Vox *own* quæ possessivis non rarò ἐμφατικῶς subjungitur, est planè nomen Adjectivum, & valet Latinorum *Proprium*.

Sic *my own house*, *your own lands*, *Alexanders own sword*, &c. [mea ipsius domus, vestri ipsorum fundi, Alexandri ipsius ensis, &c.] sunt ad verbum *mea propria domus*, *vestri proprii fundi*, *Alexandri proprius gladius*, &c.

Self. Vox *self*, pluraliter *selves*, quamvis etiam Pronomen a quibusdam censeatur, (quoniam ut plurimum per Latinum *ipse* redditur;) est tamen planè nomen substantivum, cui quidem vix aliquod apud Latinos Substantivum respondet; proximè tamen accedit vox *persona*, vel *propria persona*.

Ut *my self*, *thy self*, *our selves*, *your selves*, &c. [ego ipse, tu ipse, nos ipsi, vos ipsi, &c.] ad verbum *mea persona*, *tua persona*, *nostræ personæ*, *vestræ personæ*, &c. Fateor tamen *himself*, *it self*, *themselves*, vulgo dici pro *his-self*, *its-self*, *their-selves*; at (interposito *own*) *his own self*, *its own self*, *their own selves*, ipsius propria persona, illorum propriæ personæ. Eodem sensu apud Græcos Poetas occurrunt ἷς, βίη, κρατος; ut βίη Ἡρακλήϊος, vel

vel Ἡρακλῆς ὁ θεῖος Hercules ipse, vel propria Herculis persona; *Hercule's self*, *Hercules himself*, *Hercule's own self*. Sic illud *Psal.* 99. 4. עז מלך משפט אהב *robur Regis justitiam amat*, reddi non incommodè poterit, *the King's self* (vel *the King's Majesty*) *loveth righteousness*; Rex ipse, Regia Majestas, Regis persona propria justitiam amat.

CAP. VIII.

De Verbo.

VErborum flexio seu conjugatio, quæ in reliquis linguis maximam sortitur difficultatem, apud Anglos leviſſimo negotio peragitur.

Nos duo tantum habemus Tempora in quovis verbo, Præsens & Præteritum imperfectum: Duo item Participia, Activum & Passivum, quæ planè Adjectiva sunt, aliorúmque Adjectivorum naturam omnino obtinent. Quod supereſt, verborum aliquot auxiliarium adjumento ferè totum perficitur. *Tempora.*

Præsens est ipsum thema; ut *Burn* uro: Atque illud innuit quod jam cum loquimur *præsens est*. *Præsens.*

Præteritum Imperfectum themati regulariter adjungit *ed*, ut *Burned* urebam: *Præteritum Imperfectum*

Illud autem innuit quod illo quidem tempore (de quo fit sermo) *præsens erat*, seu (ut loquuntur) *in fieri*. Atque eadem etiam vox est Participium Passivum regulariter formatum; ut *Burned* ustus.

Participii Passivum.

Præteriti Imperfecti, & Participii Passivi Anomaliæ pòst tradentur.

Participium Activum themati adjungit *ing*. Ut *Burning* urens. Eadémque vox Substantivè posita est Nomen Verbale, atque etiam Gerundiorum vices supplet, ut *in burning this* in urendo hoc, *in burning of this* in ustione hujus.

Activum.

Verbo infinitè posito præfigi solet particula *to*. (Quæ tamen nonnunquam omittitur; ut pòst dicetur.)

Infinitum.

Usurpatur autem pòst alia (non pauca) verba, & Adjectiva; ut etiam ubi Substantivè ponitur: omnino ut Latinorum modus infinitivus.

Personarum & Numerorum distinctio, per præfixa nomina Personalia, (vel, in tertiâ personâ, alia quæris Substantiva,) instar Latinorum casus nominativi, maximè indigitatur: ut *I burn* uro, *they burn urunt*.

Persona.

In

In ſecundâ tamen perſonâ ſingulari, utriúſque Temporis, additur terminatio *eſt*; & in tertiâ ſingulari, præſentis temporis, terminatio *eth*, vel ipſius loco *s*, (aut, ſi neceſſitas pronunciandi poſtulet, *es*.) *Thou burneſt*, *He burneth* (vel *burns*,) *thou burned'ſt*; uris, urit, urebas.

Dicimus autem (a verbis auxiliaribus *will*, *ſhall*,) *wilt*, *ſhalt*, per ſyncopen, pro *will'ſt*, *ſhall'ſt*: Item *haſt*, *hath*, hoc eſt *ha'ſt ha'th*, pro *hav'ſt*, *hav'th*, (ut & *had* pro *hav'd*.) Et in verbis auxiliaribus *will*, *ſhall*, *may*, *can*, terminatio *eth*, prorſus omittitur.

Omittitur etiam utraq; terminatio in Imperando; &, poſt Conjunctiones *if* ſi, *that* ut, *though*, *although* quamvis, *whether* utrum, & aliquando etiam poſt alia aliquot Conjunctiones & Adverbia; tunc ſcilicet ubi Latini modum Imperativum aut Subjunctivum adhiberent.

In Terminationibus *eſt*, *eth*, *ed*, (& *en*, de quâ poſtea dicetur, ut & paſſim aliàs) vocalis *e*, ferè ad placitum, per Syncopen tollitur, (niſi forſan aſperitas pronunciandi aliquando impediat;) ejúſque defectus, ubi opus eſt, Apoſtrophi notâ innuitur; ut *do'ſt* pro *doeſt* agis; *do'th*, *doth*, pro *doeth* agit; *did'ſt*, *didſt*, pro *diddeſt* agebas; *plac'd* pro *placed* locatus; *burn'd*, *burnd*, pro *burned* uſtus; *know'n*, *known*, pro *knowen* notus.

CAP. IX.

De Verbis Auxiliaribus Mutilis.

Auxiliaria mutila.

VErbis Infinitis (ſed omiſsâ particulâ *to*) præponuntur hæc Verba Auxiliaria *Do*, *will*, *ſhall*, *may*, *can*, cum eorum Præteritis Imperfectis *Did* (pro *doed*,) *would*, *ſhould*, (ab antiquis *wolle*, *ſholle*,) *might* (olim *mought*,) *could*: Item *muſt*, quod extra tempus præſens non reperitur.

Sed & Verba *let* permitto, *bid* jubeo, *dare* audeo, *help* adjuvo, & fortaſſe alia nonnulla, (quaſi eſſent verba Auxiliaria,) præponuntur etiam verbis infinitis omiſsâ nonnunquam particulâ *to*.

Hæc autem verba Auxiliaria, ideo *mutila* nominanda cenſeo, quoniam ultra tempus Præteritum Imperfectum non uſurpantur: Participia nempe non habent, nec verba Auxiliaria ſibi præfixa admittunt.

Duo tamen *Do* ago, & *Will* volo, quoniam depoſitâ auxiliarium naturâ non rarò ut verba Abſoluta occurrunt, integrè formantur, nempe tam participia habent (*doing*, *done*, *willing*, *willed*,) quàm verba auxiliaria admittunt; ubi ſcilicet ſunt verba abſoluta, non autem ubi ſunt Auxiliaria.

Do.

Do & *did* indicat emphaticè tempus Præſens, & Præteritum Imperfectum. Uro,

ro, urebam; *I burn, I burned,* vel (emphaticè) *I do burn, I did burn.*

Shall & *will* indicant Futurum. Uret, *It ſhall burn, it will burn.* Shall, will.

Quoniam autem extraneis ſatis eſt cognitu difficile, quando hoc vel illud dicendum eſt; (non enim promiſcuè dicimus *ſhall* & *will*;) neque tamen alii quos vidi ullas tradidere regulas quibus dirigantur: has ego tradere neceſſarium duxi, quas qui obſervaverit hac in re non aberrabit.

In primis perſonis *ſhall* ſimpliciter prædicentis eſt; *will*, quaſi promittentis aut minantis. *Quomodo differunt.*

In ſecundis & tertiis perſonis, *ſhall* promittentis eſt aut minantis, *will* ſimpliciter prædicentis.

Uram, ures, uret, uremus, uretis, urent: *I ſhall burn, you will, (thou wilt,) he will, we ſhall, ye will, they will burn*; nempe hoc futurum prædico: vel *I will, you ſhall, (thou ſhalt,) he ſhall, we will, yee ſhall, they ſhall burn*; nempe, hoc futurum ſpondeo, vel, faxo ut ſit.

Would & *ſhould* illud indicant quod erat, vel eſſet, futurum: cum hoc tamen diſcrimine; *Would* voluntatem innuit ſeu agentis propenſionem, *ſhould* ſimpliciter futuritionem.

Urerem; urere debebam, deberem, volebam, vellem; *I should, or would, burn.*

May, can. *May* & *can*, cum eorum præteritis Imperfectis *might* & *could*, Potentiam innuunt: cum hoc tamen discrimine: *may* & *might* vel de Jure vel saltem de rei possibilitate dicuntur; at *can* & *could*, de viribus agentis.

Possum (sive potis sum) urere, *I can burn*; poteram vel possem (potis eram vel essem) urere, *I could burn*: possum urere (nempe possibile est, aut licet,) *I may burn*; poteram vel possem urere (possibile vel licitum erat vel esset) *I might burn.*

Must. *Must* necessitatem innuit. Debeo, oportet, necesse est, urere, *I must burn.*

CAP. X.

De Verbis Auxiliaribus Integris.

Auxiliaria integra. ALia duo verba auxiliaria *Have*, & *am* (seu *bee*,) præponuntur Participiis Passivis; eodem planè modo quo aliis quibusvis vel Adjectivis vel etiam Substantivis.

Eodem plane modo quo Gallorum *j'ay*, *je suis*; aliâque ejusdem significationis in linguis aliis modernis; quibus hæc nostra respondent.

Inte-

Integra verò ideo appello, quoniam non modo duo tempora (præsens & imperfectum,) sed & participia habent, & verba auxiliaria sibi præfixa admittunt (dummodo ipsa tamen adhuc maneant auxiliaria) non secus ac alia quævis Verba absoluta.

Auxiliaria tamen dico, quia non modò Præteritorum perfectorum & plusquam perfectorum omnium, sed & totius vocis Passivæ vices sustinent.

Have (participio passivo junctum) indicat Præteritum Perfectum; illud nempe quod nunc est præteritum, seu (ut loquuntur) in facto esse: *Had*, præteritum plusquam perfectum, illud nempe quod tunc erat præteritum, (eo scilicet tempore de quo fit sermo.) Have.

Ussi *I have burned*, usseram *I had burned*, ussisse *to have burned*, καυσας *having burned*, loquutus *having spoken*. Sic *shall have*, *will have*, illud indicant quod erit præteritum; quod Græci fortassè per ipsorum paulo-post-futurum, vel mox-futurum exprimere possunt; Latini verò ægriùs exprimunt nisi in verbis formæ Passivæ, ut loquutus ero, *I shall have spoken*, loquutus essem, *I should have spoken*; nam *I shall have burned*, *It will have burned*, difficiliùs latinè redditur, nisi forsan *ussero*, *usserit*, tantundem significare dicamus: At *I should have burned*, *I would have burned*, Latinè dicimus, *Ussissem*, *ussisse vellem*.

Am vel *bee* sum, (participio passivo junctum) Am. Be.

junctum) totius vocis Passivæ (ut loquuntur Latini) vices gerit.

Prout etiam in aliis nunc dierum linguis: & quidem ex parte in linguâ etiam Latinâ.

Est autem hoc verbum satis anomalum; & duplicem quidem formam habet.

In Præsenti { *Am, art, is,* pluraliter *are.* / *Bee, bee'st, bee,* pluraliter *bee.*

In Præterito imperfecto { *was, wast, was* } pluraliter { *were, wert, were* } *were.*

Infinitum *to be.* Participium Activum *being*; passivum *been.*

Prior forma (tam in Præsenti, quam in Præterito Imperfecto) illic plerumque adhibetur ubi Latini modum Indicativum ponerent; alibi ferè semper secunda.

Uror, ustus sum, *I am burned*; si urar, si ustus sim, *if I be burned*; urebar, ustus eram, *I was burned*; quamvis urerer, quamvis ustus essem, *although I were burned*; ustus fui, *I have been burned*; ustus fueram, fuissem, *I had been burned*; urar, *I shall be burned*; ustus ero, *I shall have been burned*; ustus essem, fuissem, *I should be burned, I should have been burned*; ustus esto *be burned*; uri *to be burned*; ustus esse vel fuisse *to have been burned.*

CAP.

CAP. XI.

De ſede vocis Nominativæ & Accuſativæ, aliiſq; ad Verborum ſyntaxin ſpectantibus.

Sedes vocis Nominativa

INterrogando & Imperando, vox Nominativa ſuo Verbo poſtponitur ; (nempe Auxiliariũ primo, ſi quod adſit; vel, ſi non adſit auxiliare, ipſi verbo Abſoluto :) Alibi plerumque (nec ſemper tamen) præponitur.

Ubi autem *Imperando* dixi, etiam intelligendos vellem Permiſſiones, Conceſſiones, &c. quæ à Latinis per modum Imperativum efferuntur. Uro, uris, urit, &c. *I burn, thou burneſt, he burneth*, &c. vel *I do burn*, &c. Uro ? uris ? urit ? &c. *Burn I ? burneſt thou ? burneth he ?* &c. vel *Do I burn, doſt thou burn ? doth he burn ?* &c. uram, uras, urat, &c. vel ure, urito, &c. *Burn I, burn thou, burn he*, &c.

Notandum autem quod ubi in ſecundis perſonis fit Imperium ſeu Conceſſio, vox nominativa ſæpiſſimè omittitur ; ut ure, urite, *burn* ; pro *burn thou, burn yee* : In reſiquis verò perſonis fit ſæpe circumlocutio per vocem *let* (permitte, ſine,) ut uram, uras, uramus, urant, *let me burn, let him burn, let us burn, let them burn* ; hoc eſt ad verbum *ſine me urere* (*permitte ut uram*) *ſine eum urere* ; &c. Quod ipſum quidem apud Latinos fit, nam cum

cum *urat*, *uramus*, &c. (quæ sunt revera modi Subjunctivi) Imperativè usurpantur, ponuntur elliptice, pro *esto ut urat*, *licet ut urat*, *licet uramus*, *sine urat*, aut aliâ ejusmodi formulâ.

Nec mirum sit, me primam personam singularem modi Imperativi recensuisse, quod pauci faciunt; nam qui hujusmodi formas Imperativas esse concesserit, [Petat quoties velit nunquam obtinebit; Petamus quoties velimus, nunquam obtinebimus, &c.] *Ask he* (vel *let him ask*) *as oft as he will, he shall never obtain*; &c. idem etiam de hac, eâdem ratione, concedere debet [Petam ego quoties velim, nunquam obtinebo;] *Ask I* (*let me ask*) *as oft as I will, I shall never obtain.*

Eâdem ferè formâ nonnunquam postpositio vocis Nominativæ, (post Præteritum Imperfectum, præsertim verborum auxiliarium,) supplet defectum conjunctionis *if* si. Si petiisset, obtinuisset: *Had he asked*, (pro *if he had asked*) *he had obtained.*

Sedes votis Accusativa. Vox Accusativa verbis Transitivis (nunc dierum) plerumque postponitur; ut Urit me, *he burneth mee.*

At olim solebat sæpius præponi, *hee mee burneth*, *mee hee burneth*; prout adhuc apud Germanos & Belgas usu sit; & aliquando etiam apud Anglos, præsertim Poetas.

Sedes particulæ Negativæ. Adverbium negandi *not* (non,) Verbo postponitur, (nempe auxiliari primo, si quod adsit; aut, si non adsit auxiliare;) Verbo

Verbo principali:) aliis tamen orationis partibus præfigi ſolet.

Non urebat, *it burned not, it did not burn*: non me *not me*, me non-urebat *it burned-me not, it burned-not mee, mee it burned-not*; non-me urebat *it burned not-me, me it burned not.*

Latinorum Participia Futuri temporis (in *rus* & *dus*) nos plerumque efferimus per Verbum Infinitum. *Latinorum Participia in rus & dus.*

Præfixo tamen (aut per Ellipſin omiſſo) Adjectivo aptæ ſignificationis (vel aliquando Præpoſitione) ut fiat circumlocutio. Moriturus *to dy*, vel *about to dy* (quaſi, circiter ipſum mori,) *ready to dy* (mori paratus,) *like to dy* (morti vicinus, verisimiliter moriturus,) *condemned to dy*, (morti damnatus.) Sic, occidendus, *to be killed, ready to be killed, like to be killed*, aut alia non abſimili formâ.

Eſt (ut loquuntur) tertii adjecti, innuitur præfixâ voce *there*, & poſtpoſitâ voce Nominativâ. Ut Eſt (datur) calor in ſole, *there is heat in the Sun*: Non ſunt (non dantur) orbes ſolidi, (nulli dantur orbes ſolidi,) *there are no ſolid orbs*, &c.

Verba Impersonalia, propriè non habemus: ſed quæ Latini Impersonaliter efferunt, nos efferimus perſonaliter, præfixâ voce Nominativâ *it*. *Verba Impersonalia.*

Placet

Placet, juvat, oportet me, virtuosum esse; *It pleaseth, it delighteth, it behoveth me, to be vertuous.* Ubi tamen siquis dicat [*virtuosum esse*] casum esse Nominativum verbis *placet, juvat, oportet*, ideóque ipsa esse Personalia; ego neutiquam inficias ibo. Constructio Anglicana sic accipienda est, *To be vertuous, it pleaseth me*; (virtuosum esse, id mihi placet:) Ubi vel prior vox Nominativa, (*to be vertuous* virtuosum esse) absolutè ponitur; vel posterior (*it*, id) redundat, saltem emphatica vel exegetica fit reduplicatio.

CAP. XII.

De Verbis Anomalis.

Restat ut de Verborum aliquot Anomaliâ pauca tradam. De quibus hæc duo primitùs monenda sunt.

Duo Præmonita.

1. **Tota quæ sequitur Anomalia non nisi præteriti Imperfecti temporis, & Participii Passivi formationem spectat.**

Nam in ipsis quidem Verbis Irregularibus nihil aliud irregulare est.

2. **Tota illa quantacunq; Anomalia, Verba Exotica vix omnino attingit, sed illa sola quæ Nativa sunt.**

Exotica verò illa appello quæ à Latinis, Gallicis, Italicis, Hispanicis, aut etiam Cambro-britannicis deduximus, quæ quidem multa sunt: Nativa verò illa voco quæ ab antiquâ linguâ Teutonicâ,

tonicâ, ſeu Saxonicâ, originem ducunt; quæ quidem omnia ſunt Monoſyllaba, (aut ſaltem à Monoſyllabis deducta,) & plerumque nobis cum Germanis, Belgis, Danis, &c. communia ſunt (levi ſaltem immutatione factâ,) quorum nempe ſive Linguæ ſive Dialectus ejuſdem cum noſtrâ Anglicanâ ſunt originis.

Anomalia prima, quæ maximè generalis eſt, ex celeritate pronunciandi originem duxit: nempe, (poſt ſyncopen vocalis *e* in regulari terminatione *ed*,) relicta conſona *d* ſæpiſſimè mutatur in *t*; quoties ſcilicet pronunciatio ſic evadit expeditior. (Et quidem contractio potius dicenda videtur, quam Anomalia.) *Anomaliæ Generales.*

Nempe poſt *c*, *ch*, *ſh*, *f*, *k*, *p*, *x*, & poſt conſonas *ſ*, *th*, duriùs pronunciatas, & aliquando poſt *l*, *m*, *n*, *r*, modò præcedat vocalis brevis: hæ enim literæ faciliùs poſt ſe recipiunt *t* quam *d*. Ut, *plac't*, *ſnatch't*, *fiſh't*, *wak't*, *dwel't*, *ſmel't*, &c. pro *plac'd*, *ſnatch'd*, *fiſh'd*, *wak'd*, *dwel'd*, *ſmell'd*, vel *placed*, *ſnatched*, *fiſhed*, *waked*, *dwelled*, *ſmelled*, a Verbis *to place* loco, *to ſnatch* rapio, *to fiſh* piſcor, *to wake* evigilo, *to dwell* habito, *to ſmell* olfacio.

Sed & vocalis longa præcedens non rarò abbreviatur, vel in cognatam breviorem tranſit; quæ & ipſa conducunt ad celeriorem pronunciationem. Sic *kept*, *ſlept*, *wept*, *creps*, *ſwept*, *lept*, a Verbis *to keep* ſervo, *to ſleep* dormio, *to weep*, fleo, *to creep* repo, *to ſweep* verro, *to leap* ſalto.

At poſt conſonas *b*, *g*, *v*, *w*, *z*, atq; *ſ*, *th*, molliùs prolatas

pfolatas; & *l*, *m*, *n*, *r*, præcedente vocali longâ, manet *d*: faciliùs enim coalescunt cum *d*, propter similem spiritûs ad nares directionem, quam cum *t*. Sic *liv'd*, *smil'd*, *raz'd*, *beleev'd*, &c. a verbis *to live* vivo, *to smile* subrideo, *to raze* deleo, *to beleeve* credo.

Nisi cùm vocalis longa abbreviatur ante, *l*, *m*, *n*, *r*; & ubi *b*, *v*, in *p*, *f*, sonúsque mollior literarum *s*, *th*, in earundem sonum duriorem transit. Ut *felt*, *delt*, *dremt*, *ment*, *left*, *bereft*, *beleft*, &c. a Verbis *to feel* tactu sentio, *to deal* distribuo, *to dream* somnio, *to mean* intendo, *to leave* linquo, *to bereave* orbo, *to beleeve* credo.

Ubi autem *d* vel *t* præcesserat, litera addititia *d* vel *t* (in hac contracta formâ) cum *d* vel *t* radicali in unam literam coalescunt. Nempe si *t* radicalis esset, coeunt, in *t*; sin *d* esset radicalis, tum vel in *d* vel in *t* coeunt, prout hæc vel illa litera promptiùs proferri possit. Ut *read*, *led*, *spred*, *shed*, *dread*, *shred*, *tread*, *bid*, *hid*, *chid*, *fed*, *bled*, *bred*, *sped*, *strid*, *slid*, *rid*, &c. (seu potius *readd*, *bidd*, &c. quasi *read'd*, *bĭd'd*, &c.) a Verbis *to read* lego, *to lead* duco, *to spread* expando, *to shed* effundo, *to dread* revereor, *to shread* minutim seco, *to tread* conculco, *to bid* jubeo, *to hide* abscondo, *to chîde* objurgo, *to feed* pasco, *to bleed* sanguinem emitto, *to breed* pario, educo, *to speed* expedio, *to strîde* passum extendo, *to slîde* labor, *to rîde* equito. Sic, *cast*, *hurt*, *cost*, *burst*, *eat*, *beat*, *sweat*, *sit*, *quit*, *smit*, *writ*, *bit*, *hit*, *met*, *shot*, &c. (aut fortasse meliùs *eatt*, *bitt*, *hitt*, &c. quasi *eat't*, *bĭt't*, *hit't*) a verbis *to cast* projicio, *to hurt* lædo, *to cost* consto, (de precio dictum,) *to burst* rumpo, *to eat* edo, *to beat* verbero, *to sweat* sudo,

sudo, *to sit* sedeo, *to quit* libero, *to smite* percutio, *to write* scribo, *to bite* mordeo, *to hit* percutio, *to meet* occurro, *to shoot* ex machinâ projicio. Item *lent*, *sent*, *rent*, *girt*, &c. (pro *lend'd*, *send'd*, &c. vel *lendt*, *sendt*, &c.) a verbis *to lend* mutuò do, *to send* mitto, *to rend* lacero, *to gird* cingo.

Verba autem hanc Anomaliam seu contractionem passa, admittunt ut plurimum etiam formam regularem, non minùs eleganter quam hanc contractam; ut *placed*, *fished*, *believed*, *bereved*, *girded*, &c. vel *plac'd*, *fish'd* &c. Nisi fortassis cacophonia nonnunquam impediat syncopen passa, (ut *gird'd*;) aut etiam (in Verbis frequentissimi usus) celeritas pronunciandi contractiorem formam in quibusdam ut plurimum suadeat; unde *kept*, *wept*, ferè semper dicimus; *keeped*, *weeped*, rariùs.

Participia in en.

Anomalia secunda etiam frequens est, sed solummodò Participium Passivum spectat: Nempe Participium Passivum olim sæpissimè formabatur in *en*: Cujusmodi satis multa adhuc retinemus, præsertim ubi Præteritum Imperfectum insignem aliquam anomaliam patitur. (Atque hæc quidem Altera Participii Formatio, potiùs quam Anomalia, non incommodè dici potest.)

Ut *been*, *taken*, *given*, *slay'n*, *know'n*, &c. à Verbis *to be* esse, *to take* accipio, *to give* do, *to slay* occido, *to know* cognosco.

Et quidē nonnunquam post Præteriti Imperfecti

&

& Participii Passivi communem sive contractionem sive anomaliam, etiam hæc Participii Passivi peculiaris anomalia accedit. Scilicet tam *written, bitten, eaten, beaten, hidden, chidden, shotten, rotten, choosen, broken*, &c. quam *writt, hitt, eat, beat, hidd, chidd, shott, rott, choose, broke*, &c. in Participio Passivo (at non item in Præterito Imperfecto) promiscuè efferuntur; a verbis *to write*, scribo, *to bite* mordeo, *to eat* edo, *to beat* verbero, *to hide* abscondo, *to chide* objurgo, *to shoot* projicio, *to rot* putresco, *to choose* eligo, *to break* frango; aliaque ejusmodi multa.

Item promiscuè formantur Participia *sow'n, shew'n, hew'n, mow'n, loaden, laden*, ; atque *sow'd, shew'd, hew'd, mow'd, loaded, laded*; à Verbis *to sow* sero, *to shew* ostendo, *to hew* dolo, *to mow* meto, *to load* vel *lade*, onero. Aliáque forsan aliquotsimilia.

Anomalia Speciales.

Sunt & aliæ Anomaliæ non paucæ, præsertim in Præterito Imperfecto; sed quæ magis speciales sunt, nec quidem adeo multæ quam ut possint sigillatim recenseri.

Verba auxiliaria, eorúmque anomaliam, supra tradimus. Alia sequuntur, quæ in suas classes distribuemus, præmissis illis quæ utrobique eandem vocem retinent, adjunctis deinde aliis que aliter in Præterito Imperfecto, aliter in Participio Passivo efferuntur,

1. *Win* lucro, *spin* neo, *begin* incipio, *swim* no, *strike* percutio, *stick* hæreo, *sing* cano, *sting* aculeis pungo, *fling* jacio, *ring* campanam pulso, *wring* torqueo, *spring* germino, *swing* pendulus agitor,

gitor, *drink* bibo, *ſink* mergor, *ſhrink* contrahor, *ſtink* fœteo, *hang* pendeo, *come* venio, *run* curro, *find* invenio, *bind* ligo, *grind* contero, *wind* convolvo; tam in Præterito Imperfecto, quam in Participio Paſſivo, dant *wonne*, *ſpun*, *begun*, *ſwum*, *ſtruck*, *ſtuck*, *ſung*, *ſtung*, *ſlung*, *rung*, *wrung*, *ſprung*, *ſwung*, *drunk*, *ſunk*, *ſhrunk*, *ſtunk*, *hung*, *come*, *run*, *found*, *bound*, *ground*, *wound*; Sed & eorum pleraque formantur etiam in Præterito Imperfecto per *a*, ut *began*, *ſang*, *rang*, *ſprang*, *drank*, *came*, *ran*; & quædam alia, ſed rariùs. Quædam in Participio Paſſivo aſſumunt etiam *en*, ut *ſtricken*, (*ſtrucken*,) *drunken*, *bounden*. Sed & utrobiq; forma analoga ferè in omnibus retinetur, ut *ſpinned*, *ſwimmed*, &c.

2. *Fight* pugno, *teach* doceo, *reach* extendo, *ſeek* quæro, *beſeech* oro, *catch* capio, *buy* emo, *bring* affero, *think* cogito, *work* operor: faciunt *fought*, *taught*, *raught*, *ſought*, *beſought*, *caught*, *bought*, *brought*, *thought*, *wrought*. Sed & ex his non pauca analogiam retinent, ut *teached*, *reached*, *beſeeched*, *catched*, *worked*, &c.

3. *Take* capio, *ſhake* quatio, *forſake* deſero, *wake* (*awake*) evigilo, *ſtand* (olim *ſtead*) ſto, *break* frango, *ſpeak* loquor, *bear* fero, pario, *ſhear* tondeo, *ſwear* juro, *tear* lacero, *wear* induo, tero, *weave* texo, *cleave* hæreo, *cleave* (olim *clive*) findo, *ſtrive* contendo, *thrive* diteſco, *drive* pello, *ſhine* ſplendeo, *riſe* (*ariſe*) ſurgo, *ſmite* percutio, *write* ſcribo, *bide* (*abide*) maneo, *ride* equito, *chooſe* (*chuſe*) eligo, *tread* conculco, *get* acquiro, *beget* gigno, *forget* obliviſcor, *ſeethe* coquo: faciunt, utrobique *took*, *ſhook*, *forſook*, *woke*, *awoke*, *ſtood*, *broke*, *ſpoke*, *bore*, *ſhore*, *ſwore*, *tore*, *wore*,

wôve, clôve, ſtrôve, thrôve, drôve, ſhône, rôſe, aroſe, ſmôte, wrôte, bôde, abôde, rôde, chôſe, trod, got, begott, forgott, ſod. Sed & utrobique dicimus etiam *thrĭve, rĭſe, ſmitt, writ, abidd, ridd.* In Præterito imperfecto quædam etiam formantur, per *a*, ut *brake, ſpake, bare, ſhare, ſware, tare, ware, clave, gat, begat, forgat*, & fortaſſe quædam alia ſed rariùs. In Participio Paſſivo formantur eorum non pauci per *en*; ut *taken, ſhaken, forſaken, brôken, ſpôken, bŏrn, (bór'n,) ſhór'n, ſwor'n, tór'n, wór'n, wóven, clóven, thriven, drĭven, rĭſen, ſmitten, written, ridden, chóſen, trodden, gotten, begotten, forgotten, ſodden.* Multa etiam utrobique retinent analogiam, ut *waked, awaked, beared, ſheared, weaved, cleaved, thrived, abided, chooſed, ſeetked*, &c.

4. *Give* do, *bid* jubeo, *ſit* ſedeo, faciunt in Præterito Imperfecto *gave, bad, ſate*: In Participio Paſſivo, *given, bidden, ſitten.* Sed & utrobique *bidd, ſitt.* Atque huc referenda ſunt multa ex primâ & tertiâ claſſe, quæ formant præteritum imperfectum etiam in *a*.

5. *Draw* traho, *know* ſcio, *ſnow* ningo, *grow* creſco, *throw* jacio, *blow* flo, *crow* cano (inſtar galli,) *fly* volare, *ſlay* occido, *ſee* video, *ly* jaceo, faciunt Præterita Imperfecta *drew, knew, ſnew, grew, threw, blew, crew, flew, ſlew, ſaw, lay*; Participia Paſſiva per *en, draw'n, know'n, ſnow'n, grow'n, throw'n, blow'n, crow'n, flyen, (flow'n,) ſlay'n, ſeen, ly'n, (lay'n)* Sed & utrobique *draw'd, ſnow'd, throw'd, crow'd.* At a *flee* fugio fit *fledd. A go* eo, fit *went* (ab Antiquo *wend*) & participium *go'n.*

Suntque hæc (quæ memini) omnia linguæ Anglicanæ Verba Anomala: Aliâ vel nulla ſunt, vel certè pauciſſima.

CAP.

CAP. XIII.

De Adverbiis, Conjunctionibus, Præpositionibus & Interjectionibus.

ADverbia eandem ſortiuntur naturam apud nos, quam apud Latinos, aliáſque gentes: Nempe non Verbis tantum, ſed & aliis orationis partibus adjiciuntur. *Adverbia*

Quorum præcipua ſequuntur.

Adverbia Temporis; Quando *when*, nunc *now*, tunc *then*, hodie *to day*, cras *to morrow*, heri *yeſterday*, perpetuo *ever*, nunquam *never*, dum *while*, diu *long*, *a great while*, donec, *till*, *un-till*, dudum *ſince*, *agoe*, *long ſince*, *long agoe*, antehac *here-to-fore*, poſthac *here-after*, jamjam *allready*.

Numeri; Quoties *how-oft*, toties *ſo oft*, ſemel, *once*, bis *twice*, ter *thrice*, quater *four-times*, ſæpe, multoties, *oft*, *often*, *often-times*, *many-times*, raro *ſeldome*, ſemper *all-wayes*, (quaſi omnibus vicibus, à Cambrica voce *gwaith* vices.)

Ordinis; Primò *firſt*, deinde *afterward*, proximè *next*, ſecundò *ſecondly*, tertiò *thirdly*, ultimò *laſtly*, tandem *at-laſt*, *at-length*, &c.

Loci; ubi *where*, hîc *here*, illic *there*, ubique *every-where*, nuſquam *no-where*, uſpiam *any-where*, alicubi *ſome-where*, alibi (alicubi alias) *ſome-where-elſe*, *elſe-where*; intus *with-in*, foris *without*: quò *whither*, huc *hither*, illuc *thither*, aliquò *ſome whither*, intro *in*, foras *out*: Quorſum *which way*, horſum *this way*, eorſum *that way*, ſurſum *upward*, de-

orsum *downward*: unde *whence*, (*from whence*,) hinc *hence*, inde *thence*: Simul *together*, seorsim *a-sunder*, *in-sunder*, prope *near*, *hard-by*, longè *far-off*.

Affirmandi; etiam *yea*, *yes*, *I*; forte *perhaps*, *perchance*, *peradventure*, *it may be*.

Negandi; non (absolutè positum) *no*, (conjunctè positum) *not*.

Monstrandi, En *lo*, *behold*.

Similitudinis, & Comparationis; Quàm, quomodo, *how*; tam, sic, *so*: ut *as*, quantum (quam multum) *how much*, magis *more*, minùs *lesse*, maximè *most*, minimè *least*, valde *very*, *very much*, omninò *altogether*, *wholly*; ferme *allmost*, solummodo *only*, *but*; potius *rather*, quàm *than*, vix *scarce*, ægrè *hardly*, bene *well*, male *ill*, melius *better*, pejus *worse*, optime *best*, pessimè *worst*, doctè *learnedly*, fortiter *valiantly*, citò *quickly*.

Reliqua fere Adverbia (& ex enumeratis non pauca) sunt vel Periphrases, ut, diu *a long while*, jamdudum *a great while ago*, sæpenumerò *many times* &c. Vel Præpositiones aut Adjectiva Adverbialiter, ut antè *before*, prope *near*, præter *beside*, infra *under*, *below*, &c. multum *much*, parum *little*, magis *more*, &c. Vel denique a quibusvis ferè Adjectivis formantur, adjunctâ terminatione *ly*; ut docte *learnedly*, fortiter *valiantly*, subitò (subitaneè) *suddainly*, tertiò *thirdly*, &c.

Conjunctiones.

Conjunctiones item eundem habent usum quem apud Latinos, aliósque.

Quarum hæ sunt præcipuæ; Et *and*, quoque *also*, *likewise*, nec *nor*, *neither*, utrum *whether*, sive

ve *or*, *either*, sed *but*, nam *for*, quia *because*, quare *why*, *wherefore*, ergo *therefore*, si *if*, tum *then*, quamvis, *though*, *all though*, *not-with-standing*, tamen *yet*, ut *that*, quòd *that*, quum *seeing*, *since that*, *when as*, nisi *but*, *except*, *un'esse*, saltem *at-leſt*, vel *even*.

Si quis tamen harum aliquot voces potiùs Adverbia esse dicat; aut etiam ex Adverbiis aliquot ad Conjunctionum classem referre malit: non tanti est ut hac de re quis contendat, cùm, & apud Latinos, eadem non rarò vox nunc pro Adverbio, nunc pro Conjunctione censenda est. Neque aliquod grave detrimentum pateremur, si tam Adverbia quam Conjunctiones & Interjectiones, ad eandem classem redigerentur. Est quidem nonnihil discriminis, sed leviusculum.

Præpositiones etiam eandem sortiuntur naturam quam in aliis linguis: Sed frequentiori apud Anglos usu occurrunt quàm apud Latinos, eo quòd nos Casuum discrimina non agnoscamus. *Præpositiones.*

Verùm de hisce quicquid dicendum erat, suprà, ubi de Nomine Substantivo agebatur, tradidimus.

Interjectiones non ita multas habemus. *O*, *oh*, *ah*, *ſi*, *ha ha he*, *ſt*, nobis sunt cum Latinis communes. Heu *alas*, dolentis est: Vah *tuſh*, contemnentis: *Foh* fœtorem abominantis. Væ *wo*, potiùs nomen est. *Interjectiones.*

CAP.

CAP. XIV.

De Etymologiâ.

Poſtquam ſingulas orationis partes ſeorſim conſideravimus: operæ pretium eſſe duxi, earum aliquam inter ſe convenientiam & affinitatem obſervare; ſive Etymologiam quâ una ab aliâ originem ducit.

Adjectivum Poſſeſſivum. Ex quolibet nomine Subſtantivo, aut Subſtantivè poſito, (ſive Singulari ſive Plurali,) formatur Adjectivum *Poſſeſſivum*, addendo *s*. Ut ſupra dictum eſt.

Adjectivum Reſpectivũ. Quodlibet etiam Subſtantivum, Adjectivè poſitum, degenerat in Adjectivum; quod Adjectivum *Reſpectivum* ſupra diximus.

Verbaſcentia. Subſtantiva item non pauca, aut etiam Adjectiva, (& aliæ nonnunquam orationis partes,) Verbaliter poſita, degenerant in Verba: Et innunt ejuſdem rei qualemcunque applicationem: Accedente tamen non rarò Vocalis productione, atque etiam Conſonantis alleviatione.

Ut *a houſe* domus, *to houſe* (domum adhibere) in domum recipere: *braſs æs*, *to braze* obærare: *glaſſe* vitrum, *to glaze* vitrum applicare: *graſſe* gramen, *to graze* gramine veſci: *price* precium, *to*

to prize æſtimare : *breath* ſpiritus, *to breathe* ſpirare : *ſhade, ſhadow*, umbra, *to ſhade, to ſhadow*, obumbrare : *a fiſh* piſcis, *to fiſh* piſcari : *oyl* oleum, *to oyl* oleo oblinere : *rule* regula, regimen ; *to rule* regulare, regere : *love* amor, *to love* amare : *life* vita, *to live* vivere: *ſtrife* contentio, *to ſtrive* contendere : *Further* ulteriùs, *to further* promovere : *forward* antrorſum, *to forward* promovere : *hinder* poſterior, *to hinder* retardare. Atque infinita alia.

Nonnunquam tamen (præſertim Adjectivis) adjungitur terminatio *en* : Ut *haſt* celeritas, *to haſt*, *to haſten* accelerare : *length* longitudo, *to lengthen* prolongare : *ſtrength* vires, *to ſtrengthen* : vires addere: *ſhort* breve, *to ſhorten* abbreviare: *faſt* fixum, *to faſten* figere : *white* album, *to white*, *to whiten* album reddere : *black* nigrum, *to black*, *to blacken* denigrare : *hard* durum, *to harden* durum facere : *ſoft* molle, *to ſoften* mollire. Aliáq; multa.

A Verbis autem (ſive hiſce, ſive aliis quibuſcunq;) formantur *Participia* : nempe Paſſivum unum (additâ plerumque terminatione *ed*, vel *en* ;) alterum Activum, (adjunctâ ſemper terminatione *ing*;) quod etiam, Subſtantivè poſitum, *Gerundiorum* & *Nominis Verbalis* (Actionem ſignificantis) vices gerit. Ut ſupra oſtenſum eſt. At adjectâ terminatione *er* fit Nomen Verbale, Agentem ſignificans. *Participia & Nomina Verbalia, in* ed, en, ing, er

To hear audio, *hear'd* auditum, *hearing* audiens, auditus, auditio, *a hearer* auditor. *To give* do, *given* datum, *a guift*, *a gift*. (pro *giv'd*) donum, *giving*

giving dans, donatio, *a giver* dator, aliáque innumera, & ad libitum formata.

Adjectiva Copiæ, in y.

Ex Substantivis fiunt *Adjectiva Copiæ*, additâ terminatione *y* : factâ item nonnunquam, sed rariùs, Vocalis productione, & allevatione Consonantis.

A lowse pediculus, *lowsy* (pediculis scatens) pediculosus : *Wealth* divitiæ, *wealthy* (divitiis abundans) dives : *Health* sanitas, *healthy* (sanitate præditus) sanus : *Might* vis, potentia, *mighty* potens, validus : *Worth* valor, excellentia, *worthy* dignus, excellens : *Witt* ingenium, *witty* ingeniosus : *Lust* cupido, concupiscentia, *lusty* robustus, statu athletico, libidini proclivis : *Water* aqua, *watery* aquosus : *Earth* terra, *earthy* terreus : *Wood* lignum, *a wood* sylva, *wooddy* lignosus, sylvosus : *Air* aer, *airy* aereus : *A heart* cor, *hearty* cordatus, fortis : *A hand* manus, *handy* habilis, dexter : Aliáque multa. Huic terminationi respondet Germanorum terminatio *ig*.

Adjectiva plenitudinis in full.

Ex Substantivis fiunt *Adjectiva Plenitudinis* additâ terminatione *full* ; hoc est, plenus.

Joy gaudium, *joyfull* lætus : *Fruit* fructus, *fruitfull* fructuosus : *Youth* juventus, *youthfull* (juventâ plenus) juvenilis : *Lust* libido, *lustful* libidinosus : *Care* cura, *carefull* solicitus, diligens : *Use* usus, *useful* utilis : *Delight* delectatio, *delightful* jucundus, delectabilis : *Plenty* copia, plenitudo, *plentiful*

plentiful copiosus : *Help* auxilium, *helpful* auxiliaris : Aliaque multa.

Nonnunquam, eodem fere sensu, sed cum aliquali diminutione, additur terminatio *some*, (hoc est, aliquid,) *Delight* delectatio, *delightsome* delectabilis, delectionem saltem mediocrè parens: *Game* lusus, *gamesome* hilaris, lusui proclivis: *irk* tædet, *irksome* ingratus, molestus: *Burden* onus, *burdensome* onerosus : *Trouble* molestia, *troublesome* molestus : *Light* lux, *lightsome* lucidus, sublucidus : *Full* plenus, *fulsome* nauseam creans : *Hand* manus, *handsome* dextrè factus, bellus : *A lone* solus, *lonesome* solitarius : *Whole* sanus, *wholesome* salubris : *Toil* labor, *toilsome* laboriosus : *Big* grandis, *bigsome* grandiusculus : Aliáque ejusmodi. *In some.*

Contra verò terminatio *lesse* Substantivis addita, Adjectiva facit *inopiam* significantia. *Adjectiva inopiæ, seu defectus, in lesse.*

Ut *worthless* nullius precii : *witless* ingenio vacuus : *heartless* dejectus, timidus, excors : *joyless* gaudio planè destitutus : *careless* negligens : *useless* inutilis : *help'ess* auxilio destitutus. Sic *comfort* consolatio, *comfortless* consolatione destitutus : *sap* succus, *sapless* succi vacuus : Aliáque quam plurima.

Idem etiam sæpissimè innuitur præfixâ particulâ privativâ *un* adjectivis quamplurimis, vel etiam *in*, sed hoc posterius non nisi vocibus a Latinis deductis, quæ eandem compositionem apud Latinos admittunt. *Un, in.*

Ut

Ut, *pleasant* gratus, placidus, *unpleasant* ingratus: *wise* sapiens, *unwise* insipiens: *profitable* utilis, *unprofitable* inutilis: *patient* patiens, *impatient* impatiens: Sic *unworthy* indignus: *unhealthy* non sanus: *unfruitful* infrugiferus: *unuseful* inutilis: Aliáque multa.

En. Notandum tamen est, quòd, ut non omnia Latina ab *in* composita privationem significant; ita nec omnia Anglicana per *in* scripta: Multa enim à Gallis habemus, sed utplurimum Latinæ originis, quæ per *in* vel *en* promiscuè scribuntur, ubi retinetur genuina significatio Latinæ præpositionis *in*. Ut *ingender* ingenero, *implant* implanto, *ingrave* insculpo, aliáque multa: quæ tamen etiam promiscuè per *en* scribuntur, *engender*, *emplant*, *engrave*, &c. ut & eorũ participia, *engendered*, *emplanted*, *engraven*, &c. Et quidem optandum esset (in exterorũ gratiam) ut hujusmodi vocubula a Gallis accepta, Gallorum *en* perpetuò retinerent, potius quam ut resti tueretur Latinorum *in*, unde illud *en* deductum est; ut omnis de illius particulæ significatione dubitatio tolleretur. Nam particula *un* semper privativa est: *en* verò nunquã, at *in* nunc est, nunc non est: in illis enim dictionibus quæ promiscuè per *in* & *en* scribuntur, non est privativa; in aliis utplurimũ privativa est, nempe quæ a Latinis pariter significantibus deductæ sunt.

Dis. mis. Particulæ item præpositivæ *dis* & *mis*, (a Gallorum *des* & *mes* deductæ,) idem ferè significant quod *un*: Cum hoc tamen discrimine; *dis* potius Contrarietatem innuit quam Privationem, (respondet siquidem Latinorum præpositioni *de*, prout in compositione non raro usurpatur,) *mis* quasi

quasi Errorem quendam insinuat, & per *male* vel *perperam* ut plurimum reddi potest. *To like* approbare, *to dislike* improbare: *honour* honor, decus, *dishonour* dedecus: *to honour, to grace*, honorare, decorare: *to dishonour, to disgrace*, dedecorare: *to deign* dignor, *to disdeign* dedignor: *chance, hap* fortuna, casus, *mischance, mis-hap* infortunium: *to take* capere, *to mistake* errare, perperam accipere: *deed* opus, *mis-deed* malefactum: *To use* uti, *to misuse* abuti: *to employ* impendere, *to misemploy* male impendere: *to apply* applicare, adhibere, *to mis-apply* perperam applicare: Aliáque hujusmodi.

Quæ à Latinis per *de*, vel *dis*, scriptis deducuntur, eandem quàm prius habebant significationem retinent: ut *distinguish* distinguo διαζω, *detract* detraho, *defame* defamo, *detein* detineo, &c.

Terminatio *ly* Substantivis addita (& nonnunquam Adjectivis) Adjectiva format *Similitudinem* quandam seu convenientiam innuentia.

Adjectiva similitudinis in ly.

A giant gigas, *giantly* (*giant-like*) gigantinus: *earth* terra, *earthly* terrenus: *heaven* cœlum, *heavenly* cœlicus: *world* mundus, *worldly* mundanus: *God* Deus, *godly* pius, quasi Deo conformis: *good* bonus, *goodly* eximiæ staturæ seu magnitudinis, quasi καλοειδής. Aliáque similia. Respondet Germanorum & Belgarum terminationibus *lich, lick*.

Eadem

Adverbia similitudinis in ly.

Eadem terminatio *ly* Adjectivis addita formant Adverbia cognatæ significationis; ut Latinorum, in *è*, *ò*, & *ter*. Ut supra dictum est.

Adjectiva Diminutiva in ish.

Terminatio *ish* Adjectivis præcipuè addita (sed & non rarò Substantivis) *Diminutionem* innuit.

Green viridis, *greenish* subviridis: *white* albus, *whitish* albicans, subalbus: *soft* mollis, *softish* aliquantulum mollis: *a thief* fur, *thievish* quasi fur, ad furandum proclivis: *a Wolf* lupus, *wolvish* quasi lupus, lupinæ ferociæ proclivis: *a child* puer, *childish* puerilis. Aliaque multa, & ferè ad libitum formata.

Substantiva Diminutiva

Habemus tamen & aliis diminutivorum formulas in Substantivis (sed rariùs occurrentes;) ut *a hill* mons, *a hillock* monticulus: *a part* pars, *a parcel* particula: *a cock* gallus gallinaceus, *a cockrel* gallinaceus: *a pike* lucius piscis, *a pickrel* luciolus: *a poke* saccus, *a pocket* sacculus, (quæ terminatio Gallica est:) *a goose* anser, *a gosling* anserculus; (quæ est terminatio Germanica:) *a lamb* agnus, *a lambkin* agnellus: *a chick* gallina pullus, *a chickin* pullulus: *a man* homo, *a manikin* homunculus: *a pipe* dolium, *a pipkin* (quasi doliolum) exiguum vas fictile culinarium; sic *Halkin* Henriculus, (unde patronymicum *Hawkins*:) *Wilkin* Willielmulus: *Thomkin* Thomulus: Aliáque, sed pauca, similia occurrunt.

Diminutiva alia & Augmentativa.

Verum adhuc alia est Diminuendi formula apud Anglos, sonum ipsum (vocalium præsertim) extenuando; sicut & Augendi formula eundem ampliando,

pliando, aut etiam protrahendo; idque aliquando non tam mutatis literis, quam earum pronunciatione. Vt *sup* sorbeo, *sip* sorbillo, sed *soop* haurio, affatim sorbeo; *sop* offa (putà panis jusculo intinctus,) *sippet* offula, minuta panis particula sic intincta, (ubi, præter vocalis extensationem, accedit Gallica terminatio *et*;) *top* culmen, *tip* apex, apiculus; *pour* effundo, *peer* (alicubi locorum) decanto, minutim effundo: *Spit* spuo, *spout* quasi plenis buccis evomo; *babe*, *baby* infans, puerulus, *booby* βύπαις, ineptè grandis; *great* magnum, idemque protractè pronunciatum (præsertim si & crassiori sono) *grea-t* per-magnum: *little* parvum, minutum; sed protractè prolatum, *lee--tle* minutulum, valde exiguum: *prity* bellus, sed *pree--ty* bellulus: *tong* campanæ majoris bombus, sed *ting* tinnitus minoris; imò *ting tang tong*, successivos minores mediocres majoresque sonos innuit; similesque in *jingle angle*, *tingle tangle*, aliisque multis fictitiis vocibus observes.

Ex Concretis Adjectivis fiunt Substantiva Abstracta, addita terminatione *nesse*; & pauca in *hood*, vel *head*. *Abstracta in nesse.*

White albus, *whiteness* albedo: *hard* durus, *hardness* durities: *great* magnus, *greatness* magnitudo: *skilful* peritus, *skilfulness* peritia, *unskilfulness* imperitia: aliáque infinita.

Huic respondet Germanorum terminatio *heyt*: unde Anglorum *head* vel *hood* descendunt, in, *Godhead* Deitas, *Manhood* humanitas, virilitas, fortitudo, *maidenhead* virginitas, *widdowhood* viduitas, *Knighthood* ordo equestris, *Priesthood* sacerdotium, *In head or hood.*

tium, *likelihood* verisimilitudo, *falshood* falsitas.

Sunt tamen & alia Abstracta (partim ab Adjectivis partim a Verbis deducta) quæ fiunt adjectâ terminatione *th*: (levi nonnunquam immutatione simul factâ.)

In th.

Long longus, *length* longitudo: *strong* fortis, validus, *strength* vires, fortitudo: *broad*, *wide*, latus, *breadth*, *width*, latitudo: *deep* profundus, *depth* profunditas: *high* altus, *height* (seu potius *heighth*) altitudo: *true* verus, *trueth* veritas: *warm* calidus, *warmth* calor: *dear* charus, *dearth* (caritas) fames: *slow* tardus, *slowth* tarditas, desidia: *merry* lætus, *mirth* lætitia: *hail* sanus, *health* sanitas: *well* bene, *weal* bonum, *wealth* divitiæ: *dry* siccus, *drowth*, *drought*, *dry'th*, siccitas: *young* juvenis, *youth* juventus: Sic *Moon* Luna, *month* mensis: item *room* & *roomth* spatium, capacitas.

Quibus affines sunt voces quædem a Verbis deductæ: *dy* morior, *death* mors: *till* aro, colo, *tilth* cultura: *grow* cresco, *growth* incrementum: *mow* meto, *mow'th* messis, *later-mow'th* posterior messis, *after-mow'th* post-demessum: *steal* furor, *stealth* furtum: *bear* pario, *birth* partus: *hear* audio, *hear'th* auditus: *rue* luo, *ruth* luctus: (quæ vox ferè desuevit:) Sic, *see* video, *sight* visus: *sigh* singultio, *sigh* (vel *sight*) singultus: *flee* fugio, *fly* volo, *flight* fuga, volatus: *weigh* pondero, *weight* pondus: *fray* terrefacio, *fright* terror: *to draw* traho, haurio, delineo, *to drink* bibo; *draught* tractio, haustus, delineatio: *affray* solvo (a Gallico *frais*) *fraight* naulus; quæ potius scribenda essent *flighth*, *sighth*, &c.

(prout

(prout a quibusdam etiam pronunciantur; nisi) quod mos aliter plerumque obtinuerit, ne *h* bis scriberetur.

Eandem formam retinent *faith* fides, *spight* malitia, *wreathe* spira, *wrath* ira, *broth* jusculum, *moth* tinea, *froth* spuma, *breath* spiritus, *sooth* veritas, *worth* pretium, *light* lux, *laith* flamma, *wight* res, persona, (vox antiqua, unde) *nought* nihil, *ought* aliquid, aliáque forsan similia: quorum primativa vel planè desueverunt, vel saltem ratiùs occurrunt, & ferè latent: Descendunt fortè à *fey* (vel *foy*,) *spy*, *wry*, *wreak*, *brew*, *mow*, *fry*, *bray*, *say*, *work*, &c.

Quædam in *ship* terminata, munus, officium, seu conditionem innuunt. *In ship.*

Ut *Kingship* munus regium, *wardship* pupillatus; *guardianship*, *wardenship*, tutoris munus, vel, custodis; *fellowship*, *partnership*, societas, sodalitium, participatio; *stewardship*, dispensatoris munus; *chancellourship* cancellariatus; *headship* præfecti munus; *lordship* dominium; aliáque his similia. Sic *worship* (hoc est *worthship*) dignitas; unde *worshipful* dignus, colendus, honorandus, *to worship* colo, dignitatem agnosco, honorem exhibeo.

Pauca in *dome*, *rick*, *wick*, dominium præsertim designant: saltem statum seu conditionem. *In dome, rick, wick.*

Vt *Kingdome* Regnum, *Dukedome* Ducatus, *Earldome* Comitatus, *Princedome* principatus, *Popedome*

Popedome papatus, *Christendome* Christianorum regio, *Freedome* libertas, *Wisdome* sapientia, *Whoredome* adulterium: *Bishoprick* Episcopatus, *Bailywick* Ballivatus.

ment, age. *Ment* & *age* sunt terminationes planè Gallicæ; & idem apud nos innuunt ac apud illos; & vix omnino occurrunt nisi in vocibus a Gallis deductis; ut *commandment* mandatum, *usage* consuetudo, &c.

Voces cognatæ. **Sunt autem & aliæ apud nos voces affines, ab eodem quasi communi themate variè flexæ, cognatæ item significationis; prout in aliis linguis fieri solet.**

Ut *to beat* ferio, *a bat* (*batoon*) baculum, *a battel* pugna, prælium, *a beetle* malleus ligneus (quo cuneos ferimus,) *a battle-door* feriterium, *to batter* feriendo comminuo, *batter* eduliorum quorundam materia (ex farinâ, aquâ, & ovis, frequenti spatulæ percussione commistis;) quæ omnia cognatæ sunt significationis. Omnia fortè à Latinorum *Batuo*.

Sic *take* manu capio, *touch* tango, *tickle* (leviter tango) titillo, *tack* clavus cui aliquid appenditur, *tach* uncina, *tackle* armamenta navis: quæ omnia localem conjunctionem innuunt. Omnia fortè à Græcorum θίγω seu θιγγάνω, unde Latinorum *Tango, tetigi, tactum*.

Ex Græcorum seu Latinorum *Duo*, fit *Two* duo, *twain* bini, *twice* bis, *twenty* viginti, *twelve* duodecim, *twins* gemelli, *twine* bina (tanquam gemellos) contorquere, *twist* bina (pluráve) contorquere, *twirl* rapidè contorquere, *twig* virgultum, tortu facile

facile; *twich*, *twinge* raptim divellere, &c. *Between*, *betwixt*, inter duo, (sicut *among* inter multa:) *twi-light* diluculum, *twibil* bipennis.

Sn, nasum, aeque spectantia, solet insinuare. Sn.
Nempe a Latinorum *Nasus*, descendunt Gallorum *nez* & Anglorum *nose* nasus; sed & *ness* promontorium, (quod Nasi instar in mare prominet,) ut patet ex pluribus promontoriorum in Anglicano & Scoticano littore nominibus in *ness* terminatis. Sed & (quasi ex *naso* desumptis consonis *ns*, & transpositis quo melius cohæreant) *sn*, nasum innuit; indeque multa dedecuntur vocabula nasum spectantia, ad invicem cognata: ut *snout* rostrum, *sneeze* sternutare, *snore* stertere, *snort* ronchos edere, *sneaf*, *snicker* adunco naso ridere, *snot*, *snevil* mucus narium, *snite* nares emungere, *snuff*, *snuffle* naribus sufflare, *snaffle* frænum lupatum, ejusve pars equorum rostro inflita, *snarle* hinnire (quod faciunt irati canes) contractis naribus, *snudge* naso quasi in sinum depresso incedere:

Est & aliud *sn*, quod fortè ex Latinorum *sinuo* Sn.
deductum putamus: ut *snake* anguis, humi serpens, *sneak* se clanculum subducere, inobservatum & sine strepitu, serpentis instar: *snail* limax, taciturè repens: *snare* laqueus, clam positus: sed & *snear* est quidem adunco naso ridere, sed & clanculum: & *snudge* est tacitè se subducere: item *snap* est subitò atque ex improviso mordere, & *snatch* similiter captare: item *snib* & *snub* tacitè increpare.

Bl flatum innuit (desumptum credo ex Latino-*Flo*) ut *Blow* flo, *blast* flatus, *to blast*, *to blight* flatu noxio plantas afflare, (&, metaphoricè, *to blast one's reputation* calumniâ, quasi flatu noxio, famam alicujus lædere,) *bleat*, *bleak* flatui expositus,

(a *bleat place* dici solet locus editus & indefensus, ventorum flatui expositus,) *bleak* subpallidus, ut qui flatibus fuerit expositus, (*to look bleak, or weather-beaten*, dicitur is qui frigidis flatibus itinere expositus propterea subpalluerit, *bleak*, *bley* pisciculus quidam subpallidus, *bleach* linteamina ad solem & ventum exponendo dealbare,) *bluster* tumultuosè & cum strepitu flare, item (metaphoricè) crepare, tumultuari, *blurt* efflare, effutire, (uno impetu, quò differt à *bluster* quod est frequentativum,) *blab* garrire, effutire, *bladder* vesica inflata, saltem apta inflari, *bleb* vesicula, seu bullula in vitro, *blister* vesicula, phlyctæna, in extimâ cuticulâ quasi sufflatu assurgens, *blain* pustula, inflatio, *blabber-lip't*, crassis labiis & quasi inflatis, *blubber-cheek't*, *bloted* inflatis buccis, *blote-herrings* haleces insumati, eóque inflati, *blast*, *blaze* splendidior flamma (sed & Flamma est a *Flo*, utpote incensi aeris flatus,) est & *Blow* floresco, flores emitto, (sive à *Flos*, sive a *Flo*, dum flores quasi flando aperiuntur,) *blossom*, *bloom*, arboris flosculus: huc fortè referenda sunt *blood* sanguis, & *blush* erubesco, ob colorem floridum.

Atque idem in aliis passim videtur.

Soni rerum indices.

Notandum autem est, in vocibus linguæ nostræ nativis, magnam utplurimum literarum reíque significatæ consensum reperiri.

Adeoque literarum soni tenuiores, acutiores, crassiores, obtusiores, molliores, fortiores, clariores, obscuriores, magisque striduli, &c. partes non rarò in rebus significatis affectus innuunt,

unt, & quidem plures nonnunquam in eadem voce licèt monosyllabâ.

Sic voces ab *Str* inchoatæ, fortiores rei significatæ vires & conatus innuunt, (ex *πρόννυμι* aut *strenuus* desumptum fortè dicas;) ut *strong* strenuus, *strength* strenuitas, vires; *strow* sterno, spargo; *strike* ferio, *stroke* ictus, *streake*, *strake*, *stroke* crena, stria, vibex, ictûs indicium; *stripe* plaga, verber, vibex, (metaphoricè, transversi ductus in panno versicolores; unde, *striped stuffes*, vestes his plagulis distinctæ;) *strive* conor contendo, *strife* lis, contentio, *struggle* luctor; *strout*, *strut* prætumesco, distendor; *stretch* extraho, extendo, *strech't*, *streight*, extentum, extractum, rectum; *strict*, *streight* strictum, arctum, *streight* angustia; *strain* violenter extendo, contendo, exprimo, distraho, luxo; *strain*, *distrain*, stringo, distringo, *stress*, *distresse*, strictura, districtio, coerctio, augustia, *string* vinculum, ligula, ligamen, *strap* lorum, ligamen fortius; *stream* fluentum, fluminis violentior decursus, (unde *streamer* vexillum undulans,) *strand* ripa, littus, (flumen coercens;) *strip* nudare, spoliare vestibus, aut ipsâ cute; *stray*, *straggle*, palo, extravago, *strange* extraneus; *stride*, *straddle* distentis pedibus varicari: neque obstat, quòd in horum aliquot manifestè compareant Latinæ originis vestigia: quippe Angli, ut ad hujusmodi sonos formant ipsi vocabula, ita & aliunde sic formata avidiùs arripiunt. Str.

St vires item, sed minores, innuit: quantæ scilicet parta tuendo potiùs quàm nova acquirendo sufficiant: (quasi esset ex *sto* desumptum.) Ut *stand* sto, *stay* maneo, item fulcio, *stay* fulcrum, *staff* scipio: St.

pio: *stay* obsto, *stop* obsto, obstipo, obturo, *stuff* obturo, infercio, *stifle* suffoco: *stay* desisto, *stay* obsticulum, retinaculum: *stick* hæreo, hæsito, *stut*, *stutter*, *stammer*, linguâ hæsito, *stagger* titubo, *stick* le auxilio adito, adhæreo: *stick* figo, item jugulo, *stake*, sudes humo defixa, maceriem sarcuminans, & metaphoricè *stake* pignus luforium ludo depositum: *stock* stirps, metaphoricè progenies, *stem* stirps, progenies, *sting* aculeus, *to sting* pungo, *stink*, *stinch* (a rot (quòd nares pungat,) *stitch* punctura: *stud* clavus prominens, *stud*, *stanchion*, postis seu sudes immuro: *stub* stipes, *stubble* stipula, *to stub up* radicitus extirpo: *stump* truncus, unde *stumble* titubo, (ut, à cespite, Cespito:) *stalk* caulis, (*to stalk* pedetentim ire, grassari,) *step* gressum figo, *stamp* conculco, terram pede tundo, (unde *stamp* ferro imprimo, *stamp* impressio, imago percussione facta;) *stow* locus, spacium, *stow*, *bestow* locare, *steward* (*stow-ward*) seneschallus, loci custos, *stead* locus, statio, *steady* firmus, *steadfast* constans: *stable* constans, stabilis, *stable*, *stall* stabulum, *to stall* saturare: *stool*, *stall*, sedile, *still*, *stall*, *stallage* (dammum, quali vasa cervisiaria imponunt, *stall*, *stage*, pegma, contignatio: *still* quietus, *still* semper, perpetuo, *stale* verus: *stout* audax, pertinax, *sturdy* protervus, *steed*, equus audax, generosus, *steed*, *stud*, *stallion*, equus admissarius; *stiff* rigidus, inflexilis: *stark* rigens, *stark dead* mortuus jam rigens: *starve* (apud nos, inedia vel frigore mori; sed in cognatis linguis simpliciter) mori; *stone* lapis, *steel* chalybs; *stern* austerus, *stanch* firmus, solidus, item de vase dictum quod non effluit, *to stanch blood* sanguinem sistere; *stare* intentè spectare, *steep* erectus, acclivis, *steeple* turris, campanile, *stair* gressus

sus scansorius; *standard* statum exemplar authenticum, ad quod alia examinanda sunt; *standard* vexillum regium, statarium; *stately* pomposum, magnificum, superbum: in quibus omnibus (aliisque forsan aliquot) *st* firmum quid & fixum innuit.

Thr violentiorem motum innuunt: Ut *throw* Thr.
projicio, *thrust* violenter trudo, *throng* constipo (de caterva dici solet,) *throb* violenter palpito (de corde acerrimis doloribus agitato dicitur,) *through* penitus, per totum, *threat*, *threaten* minari, *thrall*, *thralldome* captivitas, *throws* ὠδῖνος, labores puerperæ, &c. Nec abludit Græcorum θρ in θρέω, θράω, θράνω, θρόος, θρόμβος, θρύπτω, θρώσκω, &c.

Wr obliquitatem quandam seu distortionem Wr.
innuunt; Ut *Wry* obliquum, *wreathe* contorqueo, *wrest* violenter distorqueo, *wrestle* colluctor, *wring* torqueo, *wrong* injuria, *wrinch* luxo, *wrench* (vox ferè obsoleta) injuria, violenter illata, *wriggle* sinuose flecto, *wrangle* rixor, *wrinkle* ruga, *wrath* iracundia, *wreak* ulciscor, *wrack* naufragium, *wretch* miserrimus, *wrist* carpus, qui nempe quaquaversum, tam se quam alia, contorquet, *wrap* complico.

Sw quasi silentem agitationem seu molliorem Sw.
motum lateralem innuunt; Ut *sway*, *swag*, propendeo, *sway* rego, guberno, moderor, (*swagger* Thrasonice tumultuor,) *swerve* declino, *sweat* sudo, *sweep* verro, *swill* sorbillo ad ebrietatem, *swim* no, *swing* pendulus agitor, *swift* celer, *sweet* dulcis, suavis, *switch* virgula flexilis, *swindge* virgula ferire; in quibus consonæ ferè omnes silentiores sunt & vocales tenuissimi soni.

Nec multum differunt *Sm* in *smoothe*, *smug*, Sm.
lævis; *smile*, *smirk*, subrideo; *smite*, idem significat quod *strike* ferio, sed mitior vox est; *small* exiguus,

exiguus, *ſmell* olfacio, *ſmack* oſculum preſſum, *ſmother* ſuffoco, *ſmart* acrem dolorem ſignificat, *a ſmart blow* propriè ſignificat ejuſmodi plagam, quæ motu primitùs ſilenti (quod indicant *ſm*) ad acutam aſperitatem procedit (quod indicant *ar*) ſubitaneè finitam (quod indicat *t*;) ſeu, quæ tacito motu acriter pungit.

Cl. *Cl* adhærentiam quandam ſeu tenacitatem innuunt; ut in *cleave* hæreo, *clay* argilla (terra tenax,) *cling* tenaciter adhæreo, *clime* (*clamber*) ſcando, *to climb up* quaſi argillâ obſtipo, *clammy* viſcidum, *claſp* fibula, *claſp* complector, *clip* amplector, *clinch* complico, *cloak* pallium, *clog* onus ſeu impedimentum connexũ, *cloſe* contiguum, *to cloſe* conjungere, *a clod* gleba (maſſula terræ durior,) *a clot* coagulatũ quid, ut *a clot of blood* grumus ſanguinis (ſanguis coagulatus,) *clouted cream* cremor lactis coagulatus, *a clutter* tumultuaria congeries, *a cluſter* continuata congeries, &c.

Sp. *Sp* diſſipationem quandam ſeu expanſionem innuit, præcipuè celerem; (præſerim ſi accedit *r*, quaſi eſſet ex *ſpargo*, vel *ſeparo*,) in *ſpread* expando, *ſpring* exilio, *ſprig* ſurculus, *ſprout* progermino, *ſprinkle* diſpergo, *ſplit* findo, *ſplinter* febridium, (quod fiſſurâ ſeparatur,) *ſpill* effundo, *ſpire* exſpuo, *ſputter* ſpuito, *ſpatter* aſpergo, &c.

Sl. *Sl* quaſi lapſum ſilentem ſeu minus obſervabilem motum innuit, in *ſlide* lentè labor, *ſlip* ſubitò labor, *ſlippery* glaber, *ſlime* viſcus tenue & glàbrum, *ſly* inobſervatè aſtutus, *ſleight* aſtutia, *ſlit* findo, *ſlow* tardus, *ſlack* laxus, *ſlight* negligentius factum, *ſling* funda, *ſlap* tacitè ſerio, &c.

Aſh, uſh. Item terminatio *aſh* in *craſh*, *waſh*, *gaſh*, *flaſh*, *claſh*, *laſh*, *ſlaſh*, *plaſh*, *traſh*, &c. clarius quiddam

&c

& acutius indicat. At *ùsh* in *crush*, *rush*, *gush*, *flush*, *blush*, *brush*, *hush*, *push*, obscurius quiddam & taciturnius innuit. Utrobique tamen motus celer & subitaneus innuitur: non autem exitu instantaneo, sed sensim expirans, propter continuatam sonam *sh*.

Sic in *fling*, *sling*, *ding*, *swing*, *cling*, *sing*, *ting*, *wring*, *sting*, &c. tinnitus terminationis *ng* & acuties vocalis *ĭ*, innuunt tenuissimi quasi motus seu tremoris continuationem, tandem quidem evanescentis, non autem subitò interrupti: At in *tink*, *wink*, *sink*, *clink*, *chink*, *think*, (in consonam mutam desinentibus) innuitur etiam exitus seu terminus subitaneus. ing. ink.

Si accedat *l*, ut in *jingle*, *tingle*, *tinkle*, *mingle*, *sprinkle*, *twinkle*, innuitur quasi actuum (minutorum) frequentia, seu, frequens iteratio: Eademque actuum frequentia, sed minus subtilium (propter clariorem vocalem *a*,) innuitur in *jangle*, *tangle*, *spangle*, *mangle*, *wrangle*, *brangle*, *dangle*: Item in *mumble*, *grumble*, *jumble*, *tumble*, *stumble*, *rumble*, *crumble*, *fumble*, &c. sed simul obscurius quiddam seu obtusius innuit *ù* obscurum, & confusam quasi convolutationem innuunt consonarum congeries, *mbl*, ut etiam in *ramble*, *scamble*, *scramble*, *wamble*, *amble*, &c. sed in his est acutius quid. ingl, inkl. angl. umbl. ambl.

In *nimble* vocalis acuties celeritatem innuit; In *sparkle* scintillo, *sp* dissipationem innuit, *ar* acutam crepitationem, *k* subitam interruptionem, *l* frequentem iterationem: & similiter in *sprinkle* nisi quod *in* subtilitatem dissipatarum guttularum innuat. *Thick* (crassum, obtusum) *thin* (tenue, acutum,) eo differunt quòd vox illa consonâ obtusâ, hæc acutâ, terminetur.

Pari

Pari modo in *squeek, squeak, squeale, squall, braul, wraul, yaul, spaul, screek, shreek, shrill, sharp, shrivel, wrinkle, crack, crash, clash, gnash, plash, crush, hush, hisse, sisse, whist, soft, jarr, hurl, curl, whirl, buz, buſſle, ſpindle, dwindle, twine, twiſt*, aliiſque innumeris, ejuſmodi ſonorum cum rebus ſignificatis convenientiam obſervare licet. Et hoc quidem tam frequenter, ut vix ulla quam ſcio lingua hac in re huic noſtræ æquiparanda videatur; Adeo ut in unâ nonnunquam voce monoſyllabâ (quales ſunt noſtræ ferè omnes, ſi flectionem demas,) illud ſignanter exprimitur, quod in linguis aliis niſi Compoſitis, aut Decompoſitis, aut longâ nonnunquam verborum periphraſi, vix aut ne vix explicari poteſt. Et quidem ex vocibus noſtris nativis quamplurimæ hoc modo formantur; & ejuſmodi longè plures olim fuiſſe non dubito, priuſquam ingentis vocum Gallicarum farraginis in linguam noſtram intruſio multas nativas voces exilio dederit & oblivioni.

Voces Latinæ a Gallis mutuatæ.

Voces a Latinis mutuatas multas habemus (& quidem fere omnes quæ nec monoſyllabæ ſunt, nec a monoſyllabis formantur:) earum verò partem maximam Galli potius Italive a Latinis acceperunt, & nos ab illis.

Nomina.

Nomina (tam Subſtantiva quam Adjectiva) ex Latinis fiunt Anglica, abjectâ plerumque caſuum obliquorum terminatione: interveniente non rarò leviculâ aliqua

aliqua permutatione, quæ Gallis utplurimum nobiscum communis est.

Ut Natura, gratia, clementia, synodus, ingeniosus, ingenuus, ornamentum, vitium, infans, prudens, quies, unio, nectar, honor, imago, multitudo, majestas, virtus, poema, poesis, phœnix, audax, liberalis, specificus, possibilis, implacabilis, status, facies; &c. dant *Nature, grace, clemency, synod, ingenious, ingenuous, ornament, vice, infant, prudent, quiet, union, nectar, honour, image, multitude, majesty, vertue, poeme, poesy, phœnix, audacious, liberal, specifical, possible, implacable, state (estate) face.* Atque ad has formas infinita alia & olim formabantur, & formantur indies.

Ubi notabilior aliqua mutatio occurrit, eam utplurimum a Gallis accepimus: ut a Latinis, Bonitas, leo, eleemosyna, eleemosynarius, tempus, novus, extraneus, fons, mons, acris: fiunt Gallica *Bonté, lion, almosne, almosner, temps, nieu, estrange, fontaine, montaigne, aigré*: unde Anglica *Bounty, lion, almes, almoner,* (& *ambry,* hoc est *alm'ry,*) *tense, new, strange, fountain, mountain, eager.*

In nostris *chamber, tender, cinder,* &c. a Latinis *camera, tener, cinis,* &c. interpositionem literarum *b,* & *d,* habemus a Gallis, qui scribunt *chambre, tendre, cendre,* &c. pro *cham're, ten're, cen're,* &c. ubi inter pronunciandum (primò fortasse non observantibus) se insinuarunt illæ literæ post syncopen factam, & deinde etiam in scripturam; (ut etiam in *dissemble, resemble, assemble, humble, tremble*: &c. a *simulo, similis, simul, humilis, tremulus,* aliisque multis:) Quale quid in Græcorũ

ἄνδρες

ἄνδρες, μέμβλωκα, μεσημβρία, &c. & in Latinorum *sumptus*, *emptus*, *comptus*, &c. videtur.

Verba. *Verba* quæ a Latinis mutuamus, formantur partim a *Præsenti Tempore*, partim a *Supinis*, abjectâ utrobiq; terminatione: cum levi insuper aliquando mutatione.

A Præsenti formantur, *extend* extendo; *spend*, *exspend* expendo; *conduce* conduco; *despise* despicio; *approve* approbo; *conceive* concipio; *relinquish* relinquo, *distinguish* distinguo; *diminish* diminuo; *replenish* repleo; *vanquish* vinco; *establish* stabilio; *correspond* correspondeo; *contain* contineo; *administer* administro; *govern* guberno; *concern* concerno; *certify* certifico; *reply* replico; *multiply* multiplico; *supply* suppleo; Aliáque innumera.

A Supinis formantur, *Supplicate* supplico, *demonstrate* demonstro, *dispose* dispono, *expatiate* exspacior, *suppress* supprimo, *exempt* eximo, *collect* colligo, *consecrate* consecro, *imprecate* imprecor, *contract* contraho, *mix* misceo, *concoct* concoquo, *reject* rejicio, *exact* exigo, *afflict* affligo: Atque alia quam plurima.

Ab utrisque etiam non rarò formantur apud nos Verba, significatione tamen plerumque aliquantum diversâ, eorumque unum utplurimum a Latinis immediatè deducimus, alterum verò nonnisi mediantibus Gallis. Sic *compound*, *compôse*, compono, *expound*, *expose* expono, *refer*, *relate*, refero, *confer*, *collate* confero, *comprehend*, *comprise* comprehendo, *defer*, *delate* defero, *imply*, *implicate* implico, *speed*, *expedite* expedio; *confound*, *confuse* confundo: Aliáque ejusmodi non pauca.

Sunt

Sunt autem & alia aliquot tam nomina quam verba purè Gallica, a Latinis non deducta, quæ in noſtram linguam tranſtulimus. *Voces Gallicæ.*

ut *Garden* hortus, *garter* periſcelis, *buckler* umbo, *to advance* promovere, *to cry* clamare, *to plead* cauſam agere, aliáque; a Gallicis *jardin*, *jartier*, *bouclier*, *avancer*, *cryer*, *plaider*, &c. Quanquam reverâ non adeo multæ ſint in ipsâ linguâ Gallicanâ voces purè Gallicæ; illius enim linguæ pars longè maxima eſt Latinæ originis.

Multas autem voces quæ nobis cum Germanis ferè ſunt communes, dubium eſt an priſci olim Teutones a Latinis, an hi ab illis, aut deniq; utriq; ab eodem communi fonte, acceperint. *Voces Teutonica.*

ut *Wine* vinum οἶνος, *wind* ventus, *wem* veni, *way* via, *wall* vallum, *wallow* volvo, *wool* vellus, *will* volo, *worm* vermis, *worth* virtus, *waſp* veſpa, *day* dies, *draw* traho, *tame* domo δαμάω, *yoke* jugum ζεῦγος, *earth* terra ἔρα, *over upper* ſuper ὑπὲρ, *am* ſum εἰμὶ, *break* frango ῥήγνυμι, *fly* volo, *blow* flo: aliáque ejuſmodi innumera. Linguam enim Teutonicam, ipsâ Latinâ antiquiorem eſſe, nullus dubito: Neq; magis dubitandum eſt, linguam Latinam, quæ non modò a Græcâ, præſertim Æolicâ, ſed & ab aliis vicinis linguis (puta Oſcâ aliiſve, quæ jam olim deſueverunt, adeò ut vix eorum veſtigia ſuperſint) magnam verborum farraginem

raginem consarcinavit, etiam a Teutonicâ non pauca accepisse. Certum est linguam Anglicanam, Germanicam, aliásque linguas a Teutonicâ oriundas, non pauca retinere a Græcis deducta quæ Latina lingua vix agnoscit, ut *path*, *pfad*, semita: *ax*, *achs*, securis: *mit* cum; *ford*, *pfurd*, vadum; *daughter*, *tochter*, filia; *mickle* multum, magnum; *mingle* misceo, *moon* luna; *sear* aridum; *grave*, *graff*, fossa, sepulchrum; *to grave*, *to carve* sculpo; *to scrape* scalpo, rado; *whole* totus, *whole* sanus, *heal* rego, sano, aliáque similia: a Græcis πάτος, ἀξίνη, μετὰ, πορθμὸς, θυγατὴρ, μεγάλος, μιγνύω, μήνη, ξῆρος, γράφω (כרב) ὅλος, οὖλος, εἰλέω, &c. Cum autem hæc immediatè a Græcis acceperint, sine interventu linguæ Latinæ; quidni & alia etiam immediatè inde fluxisse putanda sint, quamvis & apud Latinos pariter reperiantur.

Mirum autem est, quàm seduli fuerint Majores nostri (secùs quàm nunc dierum fit) voces aliunde ductas, quantumvis longas, in monosyllabas (quas maximè affectat hæc lingua) compingere: atque in eum finem non modò ex caudâ resecare terminationes formativas, (quod solenne est,) sed caput truncare, præsertim in vocibus a vocali orsis; vocales item ex medio rejicere, nullâ ferè ratione earum habita; sed & debilioris soni consonas, retentis tantum fortioribus, quæ ossium instar videantur; ipsasque etiam pro arbitrio cum aliis ejusdem organi commutare, quo sonus mollior evadat; sed & earundem ordinem frequenti metathesi permutare, quò faciliùs exemptis vocalibus intermediis in sonum commodum conspirare possint. Verbi Gratia;

In

In Expendo *spend*, exemplum *sample*, excipio *scape*, excuso *scuse*, extraneus *strange*, extractum *strech't*, *straight*, (pro recto dictum, sed strictum *streight* pro arcto,) excrucio *to screw*, excutio (Ital. *scutere*, *scotere*) *to shoot*, *shout*, *shut*, exscorio *to scour*, excorio *to scourge*, excortico *to scratch*, (aliisq; ab *ex* inchoatis,) item emendo *to mend*, Episcopus *Bishop*, (Danis *Bisp*,) Epistola *Pistle*, hospitale *spittle*, Hispania *Spain*, historia *story*, &c. rescissio caudæ capitisque est satis obvia.

In his aliquanto durior, Alexander *Sander*, Elisabetha *Betty*, Apis *Bee*, Aper *Bar* (sic olim, transeunte P in B, ut in *Bishop*, & abscisso A de capite, quod tamen ne illius nulla ratio habeatur, ex postliminio restituitur in medio, ut in Aster *Star*, quod & sæpe fit,) sed pro veterum *Bar* seu *Bare* jam dicimus *Boar* (ut pro *Lang*, *long*; pro *Bain*, *bone*; pro *Stane*, *stone*; &c.) Aprugna *Brawn*, (transeunte P in B, & transposito A ut in *Aper*; & G in W transeunte, ut in Pignus *Pawn*, lege *law*, &c.) Ἀχοπὴξ *Fox*, (rescisso capite, & p in f transeunte, ut in Pellis *a fell*; Pullus *a Foal*, Pater *father*, pavor *fear*, polio *file*, pleo, impleo, *fill*, *full*; Piscis *Fish*; & transumpto O in medium quod fuerat de capite abjectum.) Apex, apice, *Peck*, *pike*. Zophorus *Freese* (vox Arctitectonica in ordine Dorico:) mustum *stum*, (Oenopolis notum:) Defensio *fense*, Dispensator *Spencer*, Ausculto (Gallice Escouter) *scout*, Exscalpo *scrape*, (restituto L in R quæ permutata fuerant in γράφω, γλάφω,) atque hinc *scrap*, *scrable*, *scrawl*: Exculpo *scoop*, Exterritus *Start*, Extonitus (attonitus) *Stonn'd*. Stomachus (Saxon. *maga*) *maw*, offendo *find*, obstipo *stop*, audere *dare*, cavere *ware*, unde

a-ware

a-ware, *be-ware*, *wary*, *warn*, *warning*, (nam Latinorum V consona sonabatur olim ut nostrum W, hodiernus sonus consonæ V erat olim literæ F, hoc est Æolici Digamma, sonū habentis φ à diversum; hodiernus sonus literæ F erat Græcorum φ seu Ph; Ulcus, ulcere, *ulcer*, *sore*, (atq; hinc *sorry*, *sorrow*, *sorrowfull*,) Ingenium, *Engine*, *Gin*; scalenus *leaning* (nisi malis deducere à κλίνω, unde *inclina*;) infundibulum *funnel*, Gagates *jett*, projectum *to jet forth* (prominere) *a jetty* (projectura, prominentia;) Cucullus *a cowl*; Atque his similia.

Sunt & amputationes aliquanto duriores, à Tempore *time*, à nomine *name*, Domina *Dame*, (ut Gallorum *homme*, *femme*, *nom*, ab homine, fœmina, nomine,) Sic Pagina *page*, ποτήριον *pot*, κυπέλλα *cup*, cantharus *can*, tentorium *tent*, precor *pray*, præda *prey*, specio, speculor, *spy*; plico *ply*, (implico *imply*, replico *reply*, complico *comply*,) sedes Episcopalis *see*; atque his similia.

Ejicitur item vocalis de medio, quo minuatur numerus Syllabarum; ut Amita *Aunt*, Spiritus *Spright*, debitum *debt*, dubito *doubt*, Comes, comite, *Count*, Clericus *Clerk*, quietus *quit*, *quite*, acquieto *to acquit*, separo *to spare*, stabilis *stable*, stabulum *stable*, pallacium *pallace*, *place*, rabula *rail*, *rawl*, *wraul*, *brawl*, *rable*, *brable*; quæsitio *quest*, inquisitio *inquest*, requisitio *request*, acquisitio *acquest*, conquisitio *conquest*; colonus *clown*, corona *crown*, monachus *monk*, monasterium *minster*, Penecillum *Pensil*, Geranius *Crane*, Aliaque,

Item Consonans (saltem mollioris soni) aut etiam tota Syllaba; Rotundus *round*, rotula *roul*, *roll*, fragilis *frail*, securus *sure*, regula *rule*, tegula *tile*, sigillum *seal*, stabulum *staul*, *stall*, subtilis

tilis *subtle*, *suttle*, nomen *noun*, Decanus *Dean*, hospes, hospite *host*, hospitale *hostle*, computo *count*, accomputo *accompt*, *account*, subitaneus *suddain*, *soon*, stabulum *stall*, superare *to soar*, periculum *peril*, periculosus *perilous*, *parls*, mirabile *marvel*, *mar'l*, *marvelous*, *mar'ls*, pertica *perch*, paganus *payen*, *payn*, (ut magnus *main*, dignor, *deign*, dedignor *disdeign*, fingo *feign*, *faine*, tingo *stain*, tinctum *taint*, pingo *paint*,) prædicari *preach*, medianus *mean*, Magister *Maister*, *Master*; Aliaque plurima.

Duriores videantur contractiones, ubi plura horum coeunt symptomata; ut κυριακὸς (οἶκος) *Kyrk*, *Kirke*, *Church*, Presbyter *Priest*, Sacristanus *Sexton*, frango, fregi, *break*, *breach*, fagus (φῆγος) *Beech* (*f* in *b*, & *g* in *ch*, cognatas literas,) frigesco *freeze*, frigesco *fresh*, (*sc* in *sh*, ut supra in *Bishop*, *fish*, *shoot*, item in scapha, *Skiff*, *ship*,) & refrigesco *refresh*, refrigerium *refreshment*, sed & (de virore dictum) viresco *fresh*, Blasphemo (Gall. *Blasmer*) *blame*, phlebotomus *phleam*, *fleam*, (instrumentum quo in Equis, Bobus, aliisque animalibus grandioribus exercetur phlebotomia) conjungo, (Gall. *coing*) *coin*, *quine*, angulus quo muri coeunt, (vox architectonica,) conjunctum (Gall. *coint*) *quaint*, acconjunctum (Gall. *accoint*) *acquaint*, conjectum *coit*, *quait*, torqueo (Gall. *tour* circum) *turn*, bovina *beef*, vitulina (caro) *veal*, vitulina (pellis) *velin*, *velume*, Scutifer *Squire*, Pœnitentia *Penance*, Eleemosyna (Gall. *Almosne*, *Almône*,) *Almes*, *armes*, Eleemosynarius *Almoner*, *Alm'ner*, *Amner*, Eleemosynarium (repositorium ubi Eleemosynis destinata reponuntur) *Almery*, (ut ab *Armes*, *armory*, armorarium) *alm'ry*, *amry*, *ambry*;

Sanctuarium

Sanctuarium *sanctuary*, *sentry*, quæsitio, *chase*, perquisitio *purchase*, explicare (Ital. *spiegare*) *speak*; μῦας, μυάλη, *mickle*, *muckle*, multum (Ital. *molto*, Hispan. *mucho*) *much*, Isia *awse*, anguilla *eel*, insula *isle*, *ile*, *island*, *iland*, (*ile-land* insularis terra,) insuletta *Islet*, *ilet*, *Eyght* (insula exigua in amne) & contractiùs *Ey* (unde *Ousney*, *Ruley*, *Ely*, &c. Isidis insula, regalis insula, anguillaris insula, &c.) Examinare *to scan* (nempe, post rejecta de capite & calce *E*, *O* pro more, reliquum *xamin*, quod Saxones, quibus non erat in usus, scriberent *examin*, seu Euphonicè *scamin*, contrahitur in *scan*; ut a domino *dan*, nomine *nown*; abomino *ban*; & quidem apum *Examen* deflectunt tali in *sciame*, pro quo nos *Swarme* dicimus, inserto *r* murmuris indice.) Thesaurus *store*, sedela *stool*, sed & *stall* (intelligi de Clericorum sede in choro, unde Latino-barbarum *stallum installo*: nam *stall* de bobus dictum, est *stabulo*; ὑετὸς udus *wet*, sudo *sweat*, Gaudium *joy*, jocus *joy*, Jocosa *Joice*, succus *juice*, cathedra *chaire*, caten *chain*, cadentia (incidentia) *chance*; Tonitru *thunder*, Caligo, Gall. *Chaud*.) *hose*; Caligæ, Calga, (Gall. *chausse*,) *Hose*; Extinguo *stanch*, *squench*, *quench*, *stint*, laxus *slack*, festinus *fast*, sed & festino *haste*, *hasten*, (ubi Hispanos imitamur, quibus solenne est *f* in *h* mutare, ut fabulari *hablar*, &c.) corvus *crow*, caterva *a crew*, crapula *crap*, *craw*; vello *pull*, vellico *pluck*, rubedo *red*, alias *esse*, virtus *worth*, foras *forth*, species *spies*, Ispithme *Span*, recito *read*, adjuvo *aid*, ἀὴρ ζνυπ, *aroge*, *ever*, floccus *lock*; stringo, strictum, districtum *straight*, *distress*; dirigo, addirigo, *dress*, *address*; procuro, *prog*, *progle*, *prowl*; excerpo *scrape*, *scrabble*, *scrawl*;

scrawl; extravagus *stray*, *straggle*; collectum *Clot*, *clutch*; colligo *coil* (tumultus,) recolligo *recoil*; severo (assevero) *swear*, stridulus *shrill*, pungere (punctuare) *to pounce*; potis sum, possum, potero, posse, (Gall. *pouvoir*,) *power*; pauper (Gall. *pauvre*) *poor*, prehensum *prise*, comprehensum *comprise*, pensum *poise*, pretiari *to prise*, *to praise*; procurator *proxy*, pulso *to push*, Calamus *a quill*, impetere *to impeach*, culcita *a quilt*; augeo auxi *wax*, & vanesco vanui *wane*, (pro quibus jam dicimus *increase*, & *decrease*, originis Latino-Gallicæ;) coquina (Ital. *cucina*) *Kitchin*; syllabare *to spell*, puteus *pitt*, granum *corn*, spina spinula (Gall. *Espingle*) *a pin*, minuciare (minutim secare) *mince*, comprimo *cramp*, *crump*, *crumple*, *crinkle*, Quadratum (Ital. *squadra*) *square*; Aliaque multa.

Quorum aliqua, utut duriora videantur, ne tamen rejici debeant, id saltem facit, quòd non minus coacta sint ex Propriis nominibus non pauca, aliaque quorum Etymologiæ apud omnes in confesso sunt: ut Alexander, *Elick*, *Scander*, *Sander*, *Sandy*, *Sanny*; Elizabetha, *Elizabeth*, *Elsibeth*, *Betty*, *Bess*; Margareta, *Margaret*, *Marget*, *Meg*, *Peg*; Maria, *Mary*, *Mal*, *Pal*, *Mal-kin*, *Mawkin*, *Mawkes*; Matthæus, Martha, *Matthew*, *Martha*, *Mat*, *Pat*; Guilielmus, Wilhelmus, Ἑλεῤῥὰς (Ital. *Girolamo*, Gall. *Guillaume*) *William*, *Will*, *Billy*, *Wil-kin*, *Wickin*, *Wicks*, *Weeks*; Richardus, *Richard*, *Dick*, *Hick*, *Dickin*; Robertus, Rupertus, *Robert*, *Rupert*, *Robin*, *Dobe*, *Hobe*; Rogerus, *Roger*, *Hodge*, *Hodge-kin*; Egidius, *Giles*; Augustinus *Austen*, Hieronymus *Jerom*, Radulphus *Ralf*, *Rafe*, Jacobus (Ital.

Gjacomo, Hisp. *Diego*, Gall. *Jaques*,) *James*, *Jeames*, *Jemmy*; Benedictus, *Bennet*; Maledictus *Mandit*; Magdalena, *Mawdlin*; Mathildis, *Mawd*; Christophorus, *Christopher*, *Kester*, *Kit*; Oliverus, *Oliver*, *Noll*; Helena, *Ellen*, *Nell*; Gandavum *Gant*, Dordrectum *Dort*, Tridentum *Trent*, Ultrajectum *Utrick*, Mosæ Trajectum *Mastrick*, Lugdunum *Lyons*; Hibernia, Ierna, *Ire-land*; Rossa *Ro-chester*, Dubris *Dover*, Glovernia (Claudii castra) *Glo cester*; Ulixipona *Lisbon*, Xeres *sherry*, Tingis *Tangier*, Neomagus *Neimegen*, Rotomagus *Rouen*, Cadomus *Caen*, Vratislavia *Breslaw*, Judæus *Jew*, Judæa *Jewry*, Paganus *Payn*, *Paynim*, Ethnicus *Hetro Heathen*, Thessalonica *Salonike*, Alexandretta *Scanderoon*; Sic Cariophyllus flos (Ital. *Gerofilo*, Gall. *Girifle*,) *Gilofer*, *Gilliflower*, (quod vulgus detorquet in *July-flower*, quasi a Julio mense nomen duxerit,) Asparagus Sparagus, *Sperage*, (quod vulgus detorquet in *Sparagrass*, *Sparrowgrass*;) Petroselinum *Parsly*, Portulaca *Porslain*, Cydonium *quince*, Cydoniatum *Quiddeny*, Persicum *Peach*, Eruca *Eruke*, (quod detorquent in *Ear-wig*, quasi ab aure nomen sumpserit;) Paralysis *Palsy*, Hemicranium *megrim*: Annulus Gemellus (ex duobus pluribusve orbibus contortis factus) *a Gimmal* (seu *Gimbal*) *Ring*: Unde etiam ad alia sic intertexta transfertur vox *Gimball* & *Jumball*: Altus gustus (Gall. *Hault goust*, *haut gout*,) *Hogo*; Qualescunque causæ (Gall. *quelques choses*,) *kick shaws*; De quorum originibus (aliisq; istiusmodi multis,) utcunque fuerint detorta, cùm res sit in confesso; non mirum cuiquam videri debeat si & veteres sic plura deformaverint: præsertim cùm monosyllaba

tan-

tantopere affectaverint; quæ ut molliùs sonarent, hanc sibi licentiam truncandi, eximendi, immutandi, molliendi, & transponendi permiserunt. Et quidem ego, tantum abest ut culpem, ut laudem potiùs ingenuitatem illorum qui voces longiores in tam arctum compegerint, tantillum imminutas; ut in Presbyter *Priest*, Prædico *Preach*, thesaurus *store*, sedile *stool*, syllabo *spell*, examino *scan*, abomino *ban*, expedio *speed*, auxi *wax*, vanui *wane*, excorio *scourge*, excortico *scortch*, &c, quæ moderni proferunt *Presbyter*, *Predicate*, *treasure*, *settle*, *syllabate*, *examine*, *abominate*, *expedite*, *augment*, *vanish*, *excoriate*, *excorticate*, &c.

Dum autem hæc à Latinis deducimus; non illud velim, quasi non à linguâ Saxonicâ, Danicâ, Belgicâ, Teutonicâ, harúmve dialectis, immediatè ad nos pervenerint eorum plurima: quippe multa eorum quæ à Latinis olim accepimus, sed & quæ seriùs mediantibus sive Gallis, sive Italis, sive etiam Hispanis, non pauca, sunt nobis fere cum illis alteris communia, saltem leviter mutata pro cujusque dialectûs idiomate, indeque ad nos directè pervenerunt, utut Latinæ originis.

Notandum interim eandem vocem, pro vario significatu, variam non rarò originem sortiri. Ut *to Bear* de Onere dictum (& *Beer* Feretrum, *Burden* Onus, &c) a *Fero*; sed, *to Bear* de liberis dictum (unde *Birth* partus, *born* natus, *barn* filius, &c.) est a *Pario*; & *Bear* Ursa (saltem si sit Latinæ originis) à *Fera*. Sic *Perch* piscis est à *Perca*, sed *perch* mensura est a *pertica*, item *perch* pro pertica cui vis infidet. *To spell* syllabare (vocem in syllabas resolvere) est à *syllaba* (transpositis consonis, & *b* in *p* redeunte, quæ fuerat in σύλλαβος,) sed *spell* pro

incantamento, (quo creditur limites ſic agris figi poſſe, ut nemo eos invito domino tranſilire poſſit) ab *expello*; & *ſpell* pro nuncio, ab *Epiſtola* dictum videtur, unde *Goſpell*, quaſi *Good-ſpell*, εὐαγγέλιον bonum nuncium, ſeu *God-ſpell* divinum nuncium, divina epiſtola. Sic *Freeſe* ſeu *freez* gelaſco, eſt a *frigeſco*; ſed *Freeſe* vox architectonica, a *Zophorus*, idem ſignante; & *freeſe* pro panni ſpecie neſcio an a *Friſia* dicatur, ut *Pannus Friſicus*, an fortè & hoc ſit a *frigeſco*, ut quaſi præ aliis frigori pellendo aptior. Sic *Freſh* de aura ſeu aere ſubfrigido, eſt a *frigeſco*, (unde *refreſh* refrigero, *refreſhing* refrigerium,) ſed de plantarum virore dictum, eſt potius a *vireſco*, ut & ubi per metaphoram ſignificat *alacrem*, vel etiam *recentem*. Sic *to Fell* cædo, ſterno, cadere facio (ut & ipſum *fall* cado) eſt à *fallo* ſeu potiùs σφάλλω; fortaſſe & *fell* crudelis, ſævus, & *felon*, inde ortum ducunt, ut qui homines cædat, aut etiam occidat; ſed *fell* pellis, à pelle dictum eſt, & inde *fell-monger* pellio. Sic *ſpit* de ſputo dictum, inde dicitur; ſed *ſpit* verutum, neſcio an a *Cuſpide*, vel forte, quaſi *ſpicatum*; & *ſpit* quantum ſcilicet ſpatha ſeu ligo unâ vice effodit, eſt a *ſpatha*, unde & ipſum *ſpado* ligo, ſpatha. Item *ſpisle* ſputum eſt a *ſpuo*, ſed *ſpisle* xenodochium eſt ab *Hoſpitali*. Sic *file* lima, *to file* limare, dici videtur a *polio*; ſed *file* pro filatura, ſeu ſerie rerum quaſi tranſverſo filo inſertarum, (*a file of perls*, *a file of papers*, *a file of ſoldiers*,) eſt à *filo*. Sic *to ſet* ſede colloco, ſedere facio, eſt à *ſedeo*; ſed *to ſet* planto, eſt potius à *ſero*, *ſatum*. Sic *Vice* vitium, inde nomen habet; ſed *vice*, ſeu *viſe*, (Gall. *vis*) pro cochleâ eſt à *vite*, quam ſpirali flexu imitatur. *Porter* pro janitore, eſt à *porta*; ſed

sed, pro bajulo, a *porto*. Aliáque istiusmodi.

Sunt denique apud nos vocabula non pauca, etiam monosyllaba, à duobus pluribusve sive Composita, sive arctiùs conflata; saltem compositorum vices gerunt plurium significatus una voce complectentia, (quod & supra insinuatum est.) Vt, ex *scrip* scriptum, & *roll* rotula, fit *scroll* scripta rotula. Ex *proud* superbus, & *dance* salto, conflatur *prance* superbientis equi salientes incessus indicans. Ex *St* (verbi *stay* seu *stand* sto,) & *out* extra, conflatur *stout* fortis, pertinax, cedere nescius. Ex eodem *stout* & *hardy* audax, fit *sturdy* rigidè pertinax. Ex *sp* (verbi *spit* vel *spem* spuo) & *out*, fit *spout*, quasi plenis buccis evomo; dicitur præsertim de aqua per tubulum violenter prorumpente. Ex eodem *sp* cum terminatione exili *in* fit *spin*, quod est lanam aliudve in tenue filum deducere, & (addito *out*,) *spin out*; tum rem in longum protractam innuit, tum speciatim aquam aliúmque liquorem tenuem (non amplo orificio, sed) exiguo foramine seu rimulâ exilientem; atque priori illi ita opponitur, ut *to spout* sit, pleno gurgite; *to spin out* exiguo quasi filo, exilire. Ex eodem vero *sp* cum *it*, fit *spit* exspuo: quod à *spout* eo saltem differt, quod sit exilius quiddam, & sine strepitu cúmq; minori impetu (ut sputum) ore ejicere; *spout* verò contrarium: differt autem à *spin*, quòd illud fiat uno actu statim terminato (exeunte voce *spit* in consonâ mutâ, protractionis incapace:) sed *spin* (semivocali terminatũ, protractionis capaci admodum,) actum continuatum innuat. Sed *sputter* est (propter vocalẽ ñ obscurã) mediũ quid (quantũ ad violentiam) inter *spit* & *spout*, sed (propter additum *r*) frequentativum, iterationem innuens

& ſtrepitum, ſed obſcure confuſum: Sed *ſpatter* (propter acutiorem & clariorem vocalem *a*) crepitationem clariorem ſimul innuit, quo potiſſimùm à *ſputter* differt. Ex eodem *ſp* & terminatione *ark*, fit *ſpark*, ſcintillam cum crepitu ſed unico exilientem ſignificans, (nempe *ſp* exilitionem, *ar* crepitum acutiorem, & *k* muta conſonans repentinè terminatum innuit, ſed addito *l* fit frequentativum *ſparkle* ſcintillare, ſcintillas crepitantes affatim emittere ſeu ſpargere. Idem *ſp* ſubjuncto *r*, hoc eſt *ſpr*, vividiorem impetum innuit (exeundi ſeu ampliandi ſe,) cui additâ terminatione *ing*, fit *ſpring* exilire, (cujus vigorem innuit *ſpr*, acutiem terminatio *ing*, ſed quæ, poſt *in* acutum tremulumq; deſinit in *g* conſonâ muta, morû repentinè terminatû innuente,) de exilitione ſingulari, non multiplici, primâ ſignificatione dicitur: hinc elaterem dicimus *a ſpring*, propter exilientem vim elaſticam: itémque aquæ ſcaturiginem (ſed metaphoricè) propter ſalientem aquam, indeque (aliâ tranſlatione) fontem ſeu originem rei: ſed & (per aliam metaphoram) *to ſpring* eſt pullulare, germinare; tempúſque vernum, quo plantæ potiſſimùm germinant, *the ſpring* dicitur; propter exilientem & erumpentem ſuccum nutritium. Ex eodem *ſpr* (verbi *ſpring*) & *out* conflatur *ſprout* progerminare, in gemmas germináve prorumpere: & (cum terminatione *ig*) *ſprig* ſurculus; quorum hæc fere eſt differentia, *ſprout* (ſoni craſſioris) germen pinguius craſſiús ve innuit, *ſprig* (tenuioris ſoni) exiliorem ſurculum. Similiter, ex *ſtr* (verbi *ſtrive* contendo) & *out*, fit *ſtrout* protendo, tumeſco, & *ſtrut* quod eſt faſtuoſè incedere, putà pectore protenſo & tumeſcente; ab Eodem *ſtr* & terminali

minali *wggle*, conflatur *struggle* luctari; simulando contendere seque in omnes partes torquendo, quod innuit *gl*: sed sine magno strepitu, propter vocalis *u* sonum obscurum. Similiter ex *throw* projicio, & *roll* rotulo, volvo, conflatur *trull* projiciendo volvere, volutim projicere, (de globulis lusoriis speciatim dicitur) atque eodem fere sensu *trundle* ex *throw* seu *thrust*, (projicio, protrudo,) & *rundle* (rotundulum. Sic *grush* seu *grough* morosus, conflatum ex *grave* & *rough*, ut qui sit quasi *gravis & rudis*. Et *trudge*, ex *tread* seu *trott*, & *drudge*. Atque id genus alia.

CAP. XV.

De Poesi.

POesis Anglicana ut plurimum Rythmica est: ut & apud vicinas gentes omnes.

Observatur præsertim numerus syllabarum; non prorsus tamen neglecta quantitate.

Metri genera sunt varia; & quidem ad arbitrium Poetarum quotidie nova exoriuntur.

Notandum autem (præsertim peregrinis) Poetas nostros, ut & aliarum Gentium, maximam plerumque sibi libertatem assumere in vocabulis transponendis, aliis fere quam in soluta oratione obtinere solent.

Syllabarum autem Longitudinem & Brevitatem quod spectat; pleræque sunt promiscuè, nunc breves, nunc longæ: nec tamen arbitrariè. Id verò potissimum

potissimùm respiciendum est, ut illæ syllabæ quæ sive pro accentu vocis, sive pro ratione sententiæ, sunt præ cæteris magis emphaticæ, longarum sedes fortiantur. Quod si observetur, mollius fluet oratio versus atque elegantius; horridiùs autem si negligatur.

Exemplum esto, Psalmi primi versio metrica, versu Iambico (quales nostri plerumque sunt, præsertim in materia graviori;) quæ, non incommodè, sic incipit;

The man is blest that hath not bent,
to wicked read, his ear.

hoc est, verbatim, *Ille homo est beatus, qui non inclinavit, ad pravam doctrinam, suam aurem.*

Verùm si, retento eodem versûs genere, luxatione levi factâ ponantur syllabæ in locis non suis; ad hanc formam,

Blessèd is, thé man, thát hath nót
bent, tó wicked read his ——

versus erit plane horridus.

Sed, mutato versûs genere, pro Iambico habebitur Trochaicus Octonarius catalecticus satis elegans:

Blésséd is the man that hath not
bent, to wicked read, his ear.

Sed & ad carminis elegantiam facit, si in versuum locis eminentioribus, (quæ in Hemistichiorum & versuum clausulis,) locentur voces significatiores, sed tot tamen: ne negligatur, languidiùs exibit Carmen. Verùm hoc non est linguæ nostræ peculiare, sed aliam quamvis perinde spectat. Atque de Poesi hactenus.

PRAXIS

PRAXIS Grammatica.

POst traditam Grammaticam Institutionem; visum est subjungere *Praxin Grammaticam*: Brevem quidem; sed quæ sufficiat ut verum inde Linguæ genium addiscas. Atque in eum finem selegi explicandas, notissimas duas Christianæ Institutionis Periochas; (ut quæ contineant sensum omnibus familiarem;) nempe *Orationem Dominicam*; & *Apostolicum Symbolum*. Adjunctis Annotationibus, quæ & rem Grammaticam exponant, (indicatis Libri paragraphis in subsidium advocandis;) & Linguæ nostræ cum finitimis (adhibitâ in eum finem Lexicorum quæ ad manum erant ope) cognationem ostendant. Quorum utrumque, saltem Extraneis, & utile futurum & gratum existimavi.

The

The LORD'S PRAYER.

Dominica Oratio.

Our Father which art in Heaven: Hallowed be
Noster Pater qui es in Cœlo: Sanctificatũ sit
thy Name: Thy Kingdome come: Thy Will
tuũ Nomen: Tuũ Regnum veniat: Tua voluntas
be done, in Earth, as it is in Heaven: Give
sit facta, in Terra, sicut est in Cœlo: Da
us this day our dayly Bread: And for-
nobis hoc die nostrum quotidianũ Panem: Et dimit-
give us our Trespasses, as we forgive
te nobis nostras Transgressiones, sicut nos dimittimus
them that trespass against us: And lead
eis qui transgrediuntur contra nos: Et duc
not into Temptation: But deliver us from
nos in nullam Tentationem: Sed libera nos
evil. For thine is the Kingdome, the Power, and
malo. Nam tuũ est Regnum, Potentia, &
the Glory, for ever and ever. Amen.
Gloria, in sempiterna sæcula. Amen.

The] Est Articulus Demonstrativus. pag. 61. lin. 1. Respondet Gallorum *le*. Determinat vocem communem, seu Individuum Vagum (ut loquuntur) ad significationem determinatam, seu Individuum Demonstrativum. Sic *The Lord*, significat

gnanter *ille Dominus*: nempe Servator Jesus Christus.

Lord *Dominus*.] Nomen Substantivum: absq; Casuum diversitate, *p.* 57. *l.* 16. Contractum videtur ex Anglo-Saxonum *Alaford*, *Loverd*.

Lord's, *Domini*, seu *Dominica*.] Finalis *s*, est formativa Adjectivi Possessivi; & respondet Latinorum Casui Genitivo (& quidem hic loci Genitivo Efficientis.) *p.* 69. *l.* 9.

Prayer, *Oratio*, *Precatio*.] Nomen Substantivum. Respondet Gallorum *priere*, Italorum *preghiera*: Et Verbum *to pray*, est Gallis *prier*, Italis *pregare*; Omnia à Latinorum *Precari*.

The Lord's Prayer, *Dominica precatio*.] Exponi poterit, vel *ipsius Domini precatio*; nempe, si Articulus *The* referatur ad vocem *Lord*, (adeoq; conjunctis vocibus *the Lord*, accedat *s* formativa Possessivi, *p.* 69. *l.* 21.) vel, *ipsa Domini precatio*; nempe, si aggregato *Lord's prayer* præfigi intelligatur articulus *The*; *p.* 68. *l.* 8. Vel denique *ipsa ipsius Domini precatio*; ἡ τοῦ κυρίου λέξις, nempe, si intelligatur *The* (utut semel posita) utramque vocem particulatim afficere.

Our, *Noster*.] Pronomen Possessivum, pro personâ primâ pluralis numeri. (*pag.* 76. *lin.* 16.) Est *our* (non *ours*) quia Substantivum *Father* exprimitur. (*p.* 77, *l.* 10. *p.* 78, *l.* 8.) Estque (ut cætera Adjectiva) absque Casuum, vel Generum, vel Numerorum diversitate, *p.* 67, *l.* 6. Affine est Primitivo *Us*: & descendit ab Anglo-saxonico (literis nostris expresso) *Ovre*, *ure*, pro quo Saxones recentiores Germani dicunt *Ilor*; quod factum videtur à (nostro vel Anglo-saxonum) *we*, quasi *weer*;

quomodo

quomodo ab *You* & *They*, formantur *Your*, *Their*; atque à *She* (abjecto *s*) *Her*; Nam quod nos *She* dicimus dixerunt Anglo-saxones *seo*, & *heo*; & etiamnũ, circà agri Oxoniensis et Wiltonensis confinia, vulgus non rarò *hoo* pro *she* proferunt.

Father, *Pater*.] Nomen Substantivum, & abiq; Casuum diversitate. *p.* 57. *l.* 16. Descendit à Latinorum *Pater*, seu potiùs Græcorum *πατὴρ*, sed mediante Anglo-saxonum *Feder*, Danorum *Fader*, Germanorum *Vatter*, Belgarum *Vader*, (quorum *d* sæpissimè apud nos transit in *th*, & *v* in *f*.) Alludit Danorum *Feder* (quod est *Alere*,) unde nostrum *to Feed*, atque hinc *Food* alimentum, & *Fodder* alimentum maximè brutorum Animalium, putà Fœnum aliaque quæ hyberno tempore Bobus, ovibus, aliisque hujusmodi animalibus pro alimento suppeditari solent. Non autem, (ut plurima à Latinis derivata,) mediante linguâ Gallicâ ad nos devenit; cum quorum *Pere*, nostrum *Father*, minùs consonat.

Which, *qui*.] Relativum, De Rebus pariter & Personis dictum. *p.* 79. *l.* 20. Poterat autem (quia de Personâ agitur) non minùs *Who* hoc loco dici; quod Personis magis est proprium, & quidem nunc dictum frequentius; (sed *which* de rebus.) Hinc factum est, quòd in Liturgiâ Anglicanâ, ubi antè dicebatur *which* de personis, substituitur in ejusdem nuperâ recensione ut plurimum (& fere semper) *who* & *whom*, tanquam de personis elegantius. Sed in hac Oratione Dominicâ (jam dudum Vulgo familiari) non tanti visum est ut à receptâ olim formâ discederent. Pro *which* antiquitùs dicebant *Whilk*, atque Scoti etiamnum, aut etiam *Quilk*; Anglo-saxones *Hwilk*; Dani

Hvilk,

Hvilk, Germani *Welch*, *Welche*, Belgæ *Welk*, *Welke*, Galli *Quel*, *Quelle*; omnia à Latino *Quali*; ficut, à Quo, *who*; à Quando, *whan*, *when*; & fortè à Quare, *where* & *where-fore*. Nam pro Latinorum *Qu*, posuerunt non ratò Cambro-britanni *Chw*, Anglo-saxones *Hw*, & Nos *Wh*. Pro *who* dixerunt Anglo-saxones *Hwa* & *Hua*; Belgæ *Wie*: Et, pro *what* (quid) Anglo-saxones *Hwæt*, *Hwæs*, Belgæ *wat*, Germani *was*, Dani *Hvad*; omnia à Latinorum *Quid* vel *Quod*.

Art, *es*.] Secunda persona singularis verbi *Am*. *p*. 87. *l*. 7. Quod verbum, mirum est quàm sit in linguis quasi omnibus (Græcâ, Latinâ, modernis, &c.) irregulare; ejusque conjugatio quasi ex variis radicibus compaginata familia. Huc spectant, apud Latinos, *Sum*, *es*, *fui*, *esse*, *fore*, &c: Apud Anglos, *Am*, *art*, *is*, *are*, *was*, *were*, *bee*, *been*, &c. Atque apud alios non absimiliter. *Am* est ab Anglo-saxonico *Eom*, quod fortè ab *eiμi* unde & Latinorum *Sum* (præfixo *s*, ut sæpe, spiritûs loco:) atque ab *Am* flectuntur *Are*, & *Art*, quod contracte dicitur pro *ars't* (est enim *st* terminatio secundæ personæ singularis. *p*. 82. *l*. 1.) Alludit Belgarum *Aerd*, Germanorum *Art*, Natura, indoles, essentia. *Is* nostrum, & Germanorum sive *is* sive *ist*, videntur ab *est* aut à *sum* ducta. *Was* & *were* ab Anglo-saxonico *wæs* dicta sunt. *Bee*, *been*, & *being*, descendunt ab Anglo-saxonum *Beon*, *beo*, *be*, *Ic bin*; quibus respondent Germanorum *Ich bin*, Belgarum *Ick ben*.

In, *in*.] Præpositio. *p*. 64. *l*. 14. Nos autem, Præpositionum ope, id totum agimus quod partim præpositionibus, partim Casuum diversitate innuunt Latini. *p*. 62. *l*. 7.

Heaven,

Heaven, *Cœlo.*] Nomen Substantivum, ab Anglo-saxonum *Hefen, hefon, heofen*, quod ipsum ab eorum *heafian* elevare, attollere: atque hoc ab *heah* altum, unde nostrum *high*. Sed ab eorum *heafian*, est nostrum *to heave*, attollere, elevare, in altum tollere: unde participium *heaved* vel (in antiquiori forma) *heaven*, elevatum, elatum. p. 81, l. 4. p. 94, l. 20. idémque in nomen adjectivum transiens fiet *Altum*; atque hinc Cœlum denotat, ut quid Altum, elatum, elevatum. Sicut & Hebræorum שמים *Shamaim* h. e. Cœli; à *Shama*, quod apud Hebræos fortè olim, & etiamnum apud Arabes, est *Altum esse*.

Hallowed, *Sanctificatum.*] Verbum *to Hallow* Sanctificare, consecrare; est ab *holy* Sanctus, seu potiùs (ut olim dicebant) *haly*; atque etiamnum *Cœnobium Sanctæ Crucis*, prope Edinburgum Scotiæ, dicitur *Haly-Rude house*, (nam *Rude*, seu *Rood*, est Crux; Et *haly Rood day* est Exaltatio Sanctæ Crucis: sed vox *Rood* jam fere obsolevit, ejusque loco, a Gallorum *Croix* nunc *Crosse*; Sicut ab Italorum *Croce* dicimus *crutch, crook, crooked*, &c.) Et templum Omnium Sanctorum, dici solet *All-hallowes Church*: & Festum Omnium Sanctorum, dicitur *All-Saints-day*, sed & *All-Hallen-day*, & *All-Hallon-tide*, (nam *tide* olim dicebant, quod nunc *time* dicimus, pro tato aliquo tempore.) Nostrum *Haly*, seu *holy*, est ab Anglo-saxonum *halig, halga*: pro quo Germani dicunt *heylig*, Belgæ *heyligh*. A verbo *to Hallow* formatur Participium Passivum, *hallowed*, p. 81, l. 4. Cujus quidem Participii ope (una cum Verbo Substantivo *to be*) nos totam Passivam Vocem (ut loquuntur Latinorum Grammatici) exprimere solemus.

Sanctificatum

Sanctificatum fit, pro *Sanctificetur*. Quod & in modernis linguis plerisque omnibus jam fit. *p.* 86. *l. ult.* Sed & verbum *to hallow* jam fere desuevit: pro quo à Gallis substituimus *to sanctifie*: & pro *All-hallowes*, dicimus *All-Saints*. Retinetur tamen in Oratione dominicâ, quoniam est ea jam ab antiquo recepta formula: nec etiam plane obsolevit ea vox, utut parcius quàm olim usurpetur.

Be it.] Verbi *Am* ea forma quæ Imperando adhiberi solet. *p.* 87, *l.* 16, 24. Adeóque & nominativo præponitur. *p.* 88. *l.* 5.

Thy, tuum.] Pronomen Possessivum pro persona secundâ numeri singularis. *p.* 76. *l.* 18. *p.* 78. *l.* 9. Efflg; *Thy*, non *Thine*, quia nec præcedit vocalis, neq; omittitur Substantivum. *p.* 77. *l.* 10, 15. Anglo-saxones dixerunt *Dine*, Germani *Dein*, Belgæ *Dijn*. Respondet Primitivo *Thou*, quod Anglo-saxonibus est *Du*, Germanis & Belgis *Du*: quæ omnia à Latino *Tu*, vel Dorico τύ pro σύ.

Name, *Nomen.*] Quod Anglo-saxones dicunt *Nama*, Germani *name*, *nahm*, *nahme*: Belgæ *naem*, Dani *Naffn*, Galli *nom*, Itali *nome*. Omnia à Latinorum *Nomen*: seu Græcorum ὄνομα. Posset autem hæc sententia diverso ordine poni: putà, *Hallowed be thy Name* (ut jam:) vel *Thy name be hallowed*, ut in proximâ clausula, *Thy will be done*:) vel etiam *Be thy name hallowed*. Quippe omnibus his modis aliquid saltem Nominativi postponitur Imperandi verbo *Be*.

Thy *tua.*] ut ante.

Will Voluntas.] Substantivum à verbo *to will*, volo. (Vel hoc ab illo.) Scribebant olim *wolle* (unde præteritum *would*, hoc est *willed*; *p.* 83, *l.* 7.) *Will* Voluntas, apud Anglo-Saxones dicebatur *willa*,

Danos

Danos *Villis*, Germanos & Belgas *wille*, (quomodo & antehac apud Anglos, antequam mos obtinuerit omittendi finalem *e* post *l* geminatam.) *To will* velle, apud Anglo-Saxones dicebatur *willan*, Germanos & Belgas *willen*. Sed & apud Anglo Saxones est *wilwan* Deliderare, & apud Germanos *wollen*. Omnia à Latinorum *volo*, (quod ipsum à βούλομαι) Nam Latinorum *V* consona, transire solet in Anglorum *W*, eodem sono qui fuerat olim *V* Latinorum, antequam degenerabat in sonum Æolici Digamma *F*. Ut in via *way*, vinum *wine*, ventus *wind*, venio *wend*, veni *went*, vespa *wasp*, vado *wade*, vago vacillo *wag waggle*, vallum *wall*, volvo *wallow*, Ovis *Ewe*, versus *ward*, vasto *waste*, veho *weigh*, veha *wain wagon*, vidua *widow*, *vz wea*, *we*, vellus *woell*, vermis *worm*, aliisq;. Quæ autem jam retinent *V* consonam sono hodierno prolatam, sunt posteriùs in linguam nostram assumpta, & mediante potiùs Linguâ Gallicâ quàm Teutonicâ hujusve malestis. Adeoque ab eodem Latino *Vanesco vanum*, deflexa, *to vane* antiquum judicarem atq; originis Teutonicæ vel Anglo Saxonicæ, *to vanish* novum dicerem atq; originis Gallicæ, Similiter *worth*, & *vertue*; utraque à Virtus; *wicked*, *wickedness*, *vice*, *vitious*; a vitioso, vitio; *win* & *vanquish* a vinco.

Be *sit.*] ut ante.

Done *Facta.*] Rectiùs scriberetur *Don* seu *Dum*, est enim Participium Passivum a *Doe*, Facio. *p.* 83. *l.* 23. *p.* 94. *l.* 20. Pro *Doe*, *Dome*, habent Anglo-Saxones *Don*, *gedon*; Facio, Factum.

In *in.*] ut ante.

Earth *Terra.*] Substantivum. Anglo-Saxonibus dicitur *Eard*, *Eord*, *Eor'd*; Germanis *Erd*, *Erde*; Belgis *Erd*, *Aerd*, *Aerde*; Danis, *Jord*, *Jorden*, omnia

omnia forsan à Græcorum ἔρα: nisi quis malit ab Arabum *Arda*, quod est ab Hebræorum *Erets*.

As, *ut*, *sicut*.] Adverbium. *p.* 99. *l.* 11. (Germani & Belgæ dicunt *Als*.) Fortasse ab ὡς Græcorum.

It *ea*, seu potiùs *id*.] Pronomen tertiæ personæ numeri singularis, sexûs Neutrius. *p.* 76, *l.* 27. Nam de Personis Maribus dicimus *He*, de Fœminis *She*, de Rebus *It*: (à Latinorum *Id*.) Anglo-Saxones dixerunt *hit*, *hyt*; Belgæ *het*.

Is, *est*.] vide *Art* supra. Dicitur autem *is*, non *be*; quia est in sensu Indicativo, non Imperativo. *p.* 87. *l.* 7, 13.

In Heaven, *in Cœlo*.] ut supra.

Give, *Da*, *Dona*.] Verbum: sensu Imperativo, omisso nomine personali, pro *Give thou*. *p.* 88, *l.* 19. Anglo-Saxonibus *Gifan*, *Agyfan*, *Geofyan*, est *Dare*: (Et quidem Angli olim scribebant *Gif*; nam *v* consona, illo sono, non nisi seriùs admissa est:) Germanis *Geben*, Belgis *Gheven*. Hinc dicimus *Gift* (seu *guift*. *p* 38. *l.* 18, 30) Donum, h. e. Datũ quasi *giv'd*: (nempe ut à *léave* fit *left*, p. 93. l. 10. sic à *give*, fit *gift*.) Anglo-Saxones *gife*, *gift*, *geof*; Germani *gaba*, Belgæ *gifte*.

Us, *nobis*.] Est Pronomen primæ personæ numeri pluralis. In recto *we*, in obliquis *Us*. *p.* 76. *l.* 15. *p.* 78. *l.* 8. Anglo-Saxones dicunt *Us*, Germani *Uns*, Belgæ *Ons*. Hic autem *Give us*, ellipticè dicitur pro *give to us*. *p.* 64. *l.* 17.

This, *hoc*.] Demonstrativum. Anglo-Saxones dicunt *Dis*, *Des*, *Deos*; Germani *Diese*, *Dieser*. In plurali dicimus *These*, ut Belgæ *Dese*, Germani *Diese*.

Day, *Die*.] Anglo-Saxones *Dag*, Belgæ *Dagh*,

Dani *Dag*, Germani *Tag* dicunt: omnia à Latinorum *Dies*. Dicitur autem *this Day* elliptice pro *in this Day*; ſicut apud Latinos *hodie*, ſeu *hoc Die*, pro *in hoc Die*.

Our, *noſtrum*.] ut ante.

Dayly, *quotidianum*, ſeu *diurnum*.] Adjectivum à Subſtantivo *Day* formatum. Significat autem vel *quod quotidie adſit*, vel *quod in unum diem ſufficiat*, aut *debeatur*, ſeu *deſtinetur*; utroque ſcilicet ſenſu paſſim uſurpatur. *p.* 106. *l.* 19.

Bread, *panem*.] Subſtantivum. Anglo-Saxones *Breod*, Germani *Brodt*, Belgæ *Broodt*, Dani *Brod*.

And, *et*.] Conjunctio copulativa. *p.* 99. *l.* ult. Anglo-Saxones *And*, Belgæ *Ende*, Germani *Und* dicunt.

Forgive, *Condona*.] Verbum; ſenſu Imperativo. *For*, in compoſitione, negationem ſeu ablationem innuit; ut *Bear* fero, *forbear* differo, abſtineo: *Bid* jubeo, *forbid* vero, jubeo ne: *Get* acquiro, *forget* obliviſcor: *Go* eo, *forgo* deſero, derelinquo: *Seek* quæro, *forſake* deſero, quærere deſiſto: *Swear* juro, *forſwear* dejero, vel etiam pejero: ſic *Give* do, dono, *forgive* condono, remitto; quippe qui debitum ſeu culpam remittit, deler. Anglo-Saxones *forgefan*, Germani *Vergeben*, Belgæ *Vergheven* dicunt.

Us, *nobis*.] ut ante.

Our, *noſtras*.] ut ante.

Treſpaſſes, *tranſgreſſiones*.] Vox Gallica, à *tres* hoc eſt trans, & *paſſe* paſſus. Litera *s* ultima eſt formativa numeri pluralis. *p.* 58. *l.* 15. Fit autem hac formatione, à Diſſyllabo, Triſſyllabum; quia niſi intercederet vocalis *e* ſonus, litera poſtrema præcedentibus ſubjuncta, non audiretur. Magis Anglicum

Anglicum est *wrong*, pro quo jam à Gallis mutuamus *Trespass*.

As, *ut, sicut.*] ut supra.

We, *nos.*] Pronomen primæ personæ numeri pluralis, in sensu recto. *p.* 76. *l.* 15. *p.* 78. *l.* 8. Anglo-Saxones *we, wit*; Belgæ *wii*; Germani *wir*; Dani *Wi* dicunt. Vide supra *Our*, & *Us*.

Forgive, *condonamus.*] Ut suprà. Mutatio personæ & temporis non variant terminationē. *p.* 81. *l.* 30.

Them, *eis, illis.*] Pronomen tertiæ personæ numeri pluralis, *They*; in obliquis *Them*, olim *Theim*. *p.* 77. *l.* 1. *p.* 78. *l.* 14. Pro *they*, dicunt Anglo-Saxones *Hi*, (fortè à Latinorum *hi* vel *ii*,) Germani *Sie*. Pro *them*, Anglo-Saxones dicebant *hem*, Belgæ *hem, heu*, (& quidem nos non raro, loquendo saltem si non & scribendo, dicimus *em* seu *um* pro *them*:) Germani *Dem*. Pro Possessivo *their*, (suus, vel eorum) Anglo-Saxones dicebant *hira*. Dicitur hic *Them* Elliptice pro *to them*. *pag.* 64. *lin.* 17.

That, *qui.*] Relativum, pro *which* vel *who* positum. *pag.* 79. *lin.* 4.

Trespass, *transgrediuntur.*] Verbum. Factum ex nomine *trespass*. (quod vide supra.) *pag.* 101. *lin.* 19.

Against, *contra.*] Præpositio. *p.* 66. *l.* 11. Anglo-Saxones *Agen*, *Ongen*, Belgæ *Tegen*, Germani *Gegen, Entgegen*.

Us, *nos.*] ut ante.

And, *Et.*] ut suprà.

Lead, *duc.*] Verbum, sensu imperativo; suppresso nominativo, ut fieri solet. *p.* 88. *l.* 19. Apud Anglo-Saxones, *Leedan, aleedan*; Belgas, *leyden*,

aen, *leeden*; Germanos, *leyten*; Danos *Leder*, est ducere.

Us, *nos.*] ut ante.

Not, *non*, *nequaquam.*] Adverbium negandi. Belgis *Niet*, Germanis *Nicht*. Ubi absolute ponitur, dicimus *No*, quæ est negandi particula; ubi verbo vel nomini &c. jungitur, dicimus *Not. p.* 99. *l.* 7. Verbo *Lead* postponitur, ut alibi soler. *p.* 89. *l.* 29.

Into, *in.*] Pro Latiorum *In* cum ablativo dicimus *in*; pro eodem cum accusativo, dicimus *into. p.* 66. *l.* 14; 18. ab Anglo-Saxonum *into.*

Temptation, tentation; *tentationem.*] à Latinorum *tentatio*; atque hoc à Tento *to tempt.* Magis Anglicum est *to Try*, pro quo (a Gallorum *tenter*) substituimus *to tempt*; inserto *p* Euphonico, ut in Latinorum *emptus*, *sumptus*, *comptus*, *demptus*, *promptus.*

Put, *jed.*] Conjunctio. Est & *but* nisi. Ab Anglo-Saxonum *Butę*, *buton. p.* 100. *l.* 1, 5.

Deliver, *libera.*] à Gallorum *delivrer*, quasi à Latino *de-liberare.*

Us, *nos.*] ut ante.

From, *à*, *ab.*] Præpositio. *p.* 64. *l.* 11. Olim etiam *fro* dicebatur; unde *fro-ward*, aversus; & etiamnum *to and fro*, huc illuc; ad verbum, *ad* & *ab.* Anglo-Saxones *Fram*, *Fra*; Dani *Fra* dicunt.

Evil, *malo.*] Adjectivum est, sed hic ponitur absolutè instar Substantivi, *pag.* 74. *lin.* 1. Anglo-Saxones *Efel*, *yfel*; Belgæ, *Evel*; Germani *Ubel* dicunt.

For, *nam.*] Conjunctio causalis. *p.* 100. *l.* 1. Est & *For* (pro) præpositio; *p.* 64. *l.* 25. Anglo-Saxones *For*, Germani *Für*, quibus affine est Gal-

lorum

lorum *pour*: omnia à Latinorum *pro* variè detorta. Ipſáque cauſalis Conjunctio ab hac Præpoſitione videtur deſcendiſſe.

Thine, *Tuum.*] Vide *Thy* ſupra. Dicitur hic *Thine*, non *Thy*, propter Ellipſin Subſtantivi. *p.* 77. *l.* 13. Ordo Syntaxeos eſt, *The Kingdome is Thine*, (Regnum eſt tuum;) ſed invertitur verborum ordo: poſtpoſito Nominativo, ſeu Propoſitionis Subjecto, eò potiſſimum ut cum reliquis *the power and the Glory* aptiùs cohæreat. Sed & *Thine is the Kingdome* perinde eſt atq; *Thou haſt the Kingdome*, tu habes Regimen ſeu Regnum, putà abſolutum.

Is, *eſt.*] ut ſuprà.

The,] ut ſupra. Articulus demonſtrativus, quo ab Individuo vago (ut loquuntur) fit Individuum Demonſtrativum. Atque hic *The Kingdom* eſt, Regnum κατ' ἐξοχὴν ſeu Abſolutum dominium innuit.

Kingdome, *Regnum.*] *King* eſt Rex; Anglo-Saxones *Cyng*, *Cyning*, *Cynig*; Dani *Konning*; Belgæ *Koningh*; Germani *König*, dicunt. Derivatum dicas vel à *Ken* ſcire, vel à *Can* poſſe. Illud Anglo-ſaxones dixerunt *Cennan*, *connan*, *cunnan*; Germani *Kennen*; nos etiamnum *Ken* dicimus ſed rariùs, (Scoti multo frequentius,) Atq; inde *Cunning*, pro *perito*, & *peritiâ* dicimus. Sed & *to Con*, ſedulò diſcere: Item *Ale-Conner* pro *cognitore Cerviſiæ*. Iſtud, *Can* poſſe, in frequentiſſimo eſt apud nos uſu; pro quo Belgæ *Konnen*, Germani *Können* dicunt; *ich Kan* poſſum. Utrâque autem Regi opus eſt, Prudentiâ & Potentiâ. Ex *King* Rex, additâ termin. tione *dom* fit *Kingdom* Regnum. *p.* 110. *l.* 26. (innuitque nunc Regimen ſeu ſtatum Regium, nunc Regni territorium.) Anglo-Saxones *Cynedome*, Belgæ *Koninckdom*, Germani *Königreich*, eodem ſignificatu dicunt. The.]

The.] ut priùs.

Power, *Potentia, Poteſtas.*] à Gallorum *Pouvoir* poſſe. Magis Anglicum eſt *ſtrength*, ſtrenuitas, vis, robur.

And the.] ut priùs.

Glory *Gloria.*] à Gallorum *Gloire* gloria.

For ever and ever, *pro ſemper & ſemper.*] Solemnis formula pro eo quod Latinè dicitur *in ſæcula ſeculorum*

For *Pro.*] Præpoſitio. *p.* 64. *l.* 25.

Ever, *ſemper.*] Origine eſt Adverbium temporis. *p.* 98. *l.* 12. Sed hic inſtar nominis uſurpatur, pro *Duratione ſempiterna*: ab Ævo dictum putaverim, ut *Ay* & *Age* ab Ἀιών.

Amen.] Orationum Epilogus; origine Hebraicus, ſed omnibus fere linguis Communis.

The APOSTLE'S CREED.
Apoſtolicum Symbolum.

I believe in God the Father All-mighty, Maker
Ego credo in Deum Patrem Omnipotentē, Factorē
of Heaven and Earth. And in Jeſus Chriſt his
Cœli & Terræ. Et in Jeſū Chriſtū ejus
onely Sonne our Lord: Who was conceived by
unicū Filiū noſtrū Dominū; Qui erat conceptus per
the Holy Ghoſt, Born of the Virgin Mary,
Sanctum Spiritum, Natus ex Virgine Mariâ,
Suffered under Pontius Pilate, Was crucified,
patiebatur ſub Pontio Pilato, Erat crucifixus,
dead

dead and buryed, He descended into Hell: *mortuus & sepultus, Ille descendebat in Infernũ:* The third day he rose again from the dead, *Tertio die ille surgebat iterũ à mortuis,* He ascended into Heaven, And sitteth on *Ille ascendebat in Cœlum, Et sedet ad* the right hand of God the Father Allmighty; *dextram manum Dei Patris Omnipotentis;* From thence he shall come to judge the quick *Ab inde ille veniet judicare vivos* and the dead. I believe in the Holy Ghost; *& mortuos. Ego credo in Sanctum Spiritũ;* The holy Catholick Church; the Communion *Sanctam Catholicam Ecclesiam, Communionem* of Saints; The Forgiveness of Sins; *Sanctorum; Condonationem Peccatorum;* The Resurrection of the Body; And the Life *Resurrectionem Corporis; Et vitam* everlasting. Amen. *sempiternam. Amen.*

The.] Articulus Demonstrativus; adjunctus Substantivo *Apostles*: aut ipsi aggregato *Apostle's Creed. p. 61, l. 1. p. 69, l. 21. p. 68, l. 8.*

Apostle's *Apostolicum.*] *Apostle* Apostolus, est Substantivum; à Latinorum *Apostolus*, Græcorum ἀπόστολος. Per *s* formativum Pluralis numeri fit *Apostles* Apostoli; Et, præfixo Articulo Demonstrativo, *The Apostles*, quod Galli dicerent *les Apostres*, vi ἐμφάσεως, quasi *Illi Apostoli*, per eminentiam dicti. Atque per iterum *s* formativum possessivi,

seſſivi, eſſet quidem *The-Apoſtles's*, ſed propter Cacophoniam duorum *s*, prius eliditur, ſitque *The Apoſtle's* Apoſtolicum, ſeu Apoſtolorum: Totúmque *The Apoſtle's* (Apoſtolicum) eſt Adjectivum, Subſtantivo *Creed* conjunctum: Dicitur-que Apoſtolicum, vel quaſi ab ipſis Apoſtolis conſcriptum (quod volunt aliqui) vel ſaltem ut Apoſtolicæ doctrinæ conſonum, ejuſque quaſi breve compendium.

Creed *Symbolum.*] Seu potius *Credendum*, ſeu Credendorum compendium. Factum à Latino verbo initiali *Credo.*

I *Ego.*] Pronomen primæ perſonæ numeri ſingularis. *p.* 67. *l.* 12. Anglo-ſax. *Ic*, Belg. *Ich*, Germ. *Ick.*

Believe, Beleeve, *Credo.*] *Credere* dicunt Anglo-ſaxones *Geleafan*, Belgæ *Ghelooven*, Germani *Glauben.* Et *Fidem* Anglo-ſaxones *Geleafa*, Belgæ *Gheloove*, Germani *Glaub*, Nos *Belief*, dicimus. *Be* eſt particula præpoſitiva, in Verbis & Participiis frequens, ut in aliis dialectis *Ge*, *Ghe*: Reliquum vocis deducas vel ab Anglo-ſaxonum *Lyfan*, concedere, permittere, (unde noſtrum *Leave* venia,) vel ab Anglo-ſaxonum *Lufian* Amare (unde noſtrum *Love* Amo,) Belgis *Lieven*, Germanis, *Lieben.*

In God, *in Deum.*] vel *on God*, eodem ſenſu. (ubi *God* eſt nomen Subſtantivum: *in* vel *on*, Præpoſitio. *p.* 64. *l.* 8. *p.* 66. *l.* 14.) *Deum* (ut nos) Anglo-ſaxones vocant *God*, Dani *Gud*, Belgæ *Goed*, Germani *Gott*: quod dictum volunt à Germanorum *Gut* Bonus, quod nos *Good* vocamus. Certè *God* & *Good* voces affines meritò dixeris: *Deúmque* ſummé *Bonum* meritò agnoſcimus.

The Father, *Patrem*, ſeu *Patrem illum.*] Anglo-ſaxones

ſaxones *Fader*, Dani *Fader*, Belgæ *Vader*, Germani *Vatter*, eodem ſenſu dicunt. A Lat. & Græc. *Pater πατήρ*. Unde etiam Italorum *Padre* & Gallorum *Pere*. vide *Father* ſupra.

All-mighty, *Omnipotentem.*] Compoſitum. *All* eſt *Omnis, Omnia.* Anglo-ſaxones *Æl, Eal, Ealle, Alle*, Dani *Oll*, Belgæ *Al*, Germani *All*, dicunt: Quæ à Græcorũ ὅλος totus, deſcendiſſe videntur. *Mighty* eſt Potens, quod, per *y* formativum Adjectivi Plenitudinis, fit à *Might* potentia. *p.* 103. *l.* 3. atque hoc à *May* poſſum; quod Anglo-ſaxones dixerunt *Mæg*, Belgæ *Mach*, Germani *Mag*, poſſum. Item Anglo-ſaxones *Mihte, Meht, Meaht*, Germani & Belgæ *Macht*, Dani *Maet*, Nos *Might* Potentia. Item Belgæ *Machtigh*, Germani *Machtig*, Nos *Mighty*, Potens. Atque tandem Belgæ *Almachtich*, Germani *Allmachtig*, Dani *Allmectig*, Nos *All-mighty*, Omnipotens.

Maker, *Factorem.*] A Verbo *to Make* facere, fit Verbale *Maker*, addita terminatione formativâ *er. p.* 102. *l.* 27. Anglo-ſaxones *Macan*, Belgæ *Macken, Maken*, Germani *Machen*, Dani *Mager* dicunt (quaſi à Machinari) quod nos *To Make* Facere.

Of.] Præpoſitio, idem innuens quod Latinorum Caſus Genenitivus, aut Gallorum Præpoſitio *De*, *p.* 63. *l.* 10. Sed Anglo-ſaxonum *Of* eſt Noſtrum *Off*, Belgarum *Af*, fortè à Latinorum *Ab*, idque à Græcorum ἀπὸ, atque tantundem fere ſignificat.

Heaven and Earth, *Cœli & Terræ.*] ut ſuprà.

And in, *Et in.*] ut antè.

Jeſus Chriſt, *Jeſum Chriſtum.*] Nomina propria.

His *ſuum.*] Contractum ex *Hee's*, quod per *s* formativum Poſſeſſivi fit ab *Hee* Ille; quod ſo pre-

pronomen tertiæ perſonæ ſingularis, ſexûs Maſculini, *p.* 76, *l.* 24. *p.* 78, *l.* 11. Anglo-ſaxones dicunt *Hyſe*, *Hiſe*, *His*, Belgæ *Hy*, Ille ; (fortè à Latinorum *Is.*)

Onely *Unicum.*] *One* eſt Unus, quod Anglo-ſaxones *An*, *Æne*, Belgæ *Een*, Germani *Ein*, Scoti etiamnum *ean*, & *ane*. Omnia à Latinorum *Unus* ſeu Græcorum ἕις ἓν. Ab *One* dicimus *Once* ſemel, una vice. *p.* 68, *l.* 17. Et *Onely* Unicus, ſolus ; item (Adverbialiter) ſolùm. *p.* 106, *l.* 19. *p.* 107, *l.* 1. Quod Anglo-ſaxones dixerunt *Ænlic*, *Anlic*? Item *Any* (*Eany*) ullus, *p.* 103. *l.* 3. quod Anglo-ſaxones dicunt *Ænig*. Sed & inde eſt Articulus Numeralis *An*, *a*, *p.* 60, *l* 13. pro quo Galli *un* dicunt. Apud nos *An* & *One*, eo differunt quod *An* eſt minus Emphaticum. *ibid.*

Son, Sonne, *Filium.*] Anglo-ſaxones *Suna*, Belgæ *Sone*, Germani *Sohn*, Dani *Son*, eodem ſenſu dicunt.

Our *Noſtrum.*] ut ſupra.

Lord, *Dominum.*] Contractum ab Anglo-ſaxonum *Hlaford* eodem ſenſu. Quod dictum volunt a *Hlaf* Panis (unde noſtrum *Loaf*,) & *ford* quod jam dicimus *afford*, porrigo, ſuppedito: (quod fortè dictum ſit à *porto*, *apporto*, φορέω) ut qui Clientes ſuos alat.

Who, *Qui.*] Vel *Which* ; (illud de ſolis Proſonis dicitur, hoc tam de Rebus quam Perſonis. *p.* 79. *l.* 20.) vide *which* ſupra.

Was, *Erat.*] vide *Art* & *Be*, ſupra.

Conceived, *Conceptus.*] *Conceive* Concipio, eſt Latinæ Originis (mediante lingua Gallica ;) unde, per terminationem formativem *ed* fit Participium Paſſivum. *p.* 81, *l.* 4. *p.* 102, *l.* 22.

By,

By, *Per.*] Præpositio Efficientem innuens. Sed & significat Juxta, Præter. *p.* 65, *l.* 3. Anglo-saxones *Bi*, *Bigi*, Germani *Bey*, Belgæ *By* dicunt.

The Holy Ghost; *Sanctum Spiritum.*] *The* est articulus demonstrativus, ut suprà. *Holy* Sanctus, vide *Hallow* supra. *Ghost* est Spiritus, quod tamen ferè desuevit, atque ipsius loco à Latinis (mediantibus Gallis) adsumpsimus, *Spirit.* Retinetur tamen, ab antiquâ consuetudine, præsertim in *Spiritûs Sancti*, appellatione, vox antiqua *Ghost*; ne forte ex innovato nomine putaret vulgus etiam doctrinam mutari. Sed & etiam dicimus *the Holy Spirit.* Est autem *Ghost* ab Anglo-saxonû *Gast*, quod Belgæ *Gheest*, Germani *Geyst* eodẽ sensu vocant. Affinis est vox *Gust* Flatus venti violentior. Dici autem nunc consuevit *Ghost* potissimum pro Larvâ seu spectro. Putabatur enim (atq; etiam a nonnullis putatur) Larvas seu spectra Lemuresve sæpiùs conspici, præsertim juxta Templa & Sepulchreta; eſſeque mortuorum Animas seu Spiritus palantes; præsertim qui ab homicidis mactati fuerant, aut Thesauros abscondiderant nondum repertos. A substantivò *Ghost*, adjecta terminatione formativâ *ly*, fit Adjectivum *Ghostly* Spiritualis, *p.* 106, *l.* 19. pro quo tamen fere obsoleto frequentiùs dicitur *Spiritual* (a vocè Gallica Latinæ originis.) Sed & *Gastly* Terribilis, quasi spectri instar; aut etiam Cadaverosus. Dici enim solet potissimum Vultus Cadaveris humani, a *Gastly look*; sed etiam de vultu jam moribundi, quem Cadaverosum dicas seu Cadaveris instar. Item *Agast* Territus, Attonitus, tanquam ad conspectum Spectri; cui etiam affine est *to Gaze*, intente tueri, tanquam ad insolitum quid, & Inusitatum.

Born

Born *Natus.*] *To Bear* Pario, videtur Latinæ originis, (Anglo-saxonibus *Beran*, *Beoran*, Belgis *Baeren*, Germanis *Gebohren*, *Gebahren*,) Præteritum habet *Bare* & *Bore*; unde Participii Passivum *Boren* (natus, partu editus,) Contractè *Born*; (Anglo-saxonibus *Boren*, Belgis *Gebooren*;) *p.* 94. *l.* 20. *p.* 96, *l* 21, 25. *p.* 97, *l.* 6, 10. Item *Bearn*, *Barn*, filius, proles, (vox Scotis & Septentrionalibus Anglis communis:) Et nomen Verbale *Birth* (quasi *Bear'th*, factum a Verbo *Bear* per terminationem formativam *th*, *p.* 109, *l.* 2, 23.) Partus, Nativitas; (Anglo-saxonibus *Beareth*, *Gebyrde*; Germanis *Burt*, *Geburt*, *Geburht*; Belgis *Gheboorte.*) Vox huic affinis est *to Breed*, Fovere, Alere, Educare; (dicitur tum de Prægnatione, ut *a Breeding woman* mulier prægnans; tum de Educatione, ut Educare *to Breed up*, Educatio *Breeding*;) atque hinc *Breed* Progenies, & (contemptim loquentibus,) *Brat* puer seu proles vilis: Item *Brood* juncta progenies; ut *a Brood of Chickens*, pulli quos Gallina uno incubatu producit; & *to Brood* Incubare, fovere, (Anglo-saxonibus *Bredan*, Germanis *Brüten*, *Brütteln*, Belgis *Broeden*, *Bruden.*) Est autem alterius originis *to Bear* Ferre (à fero φέρω dictum;) Sed & huic non infeliciter alludit, nam in utero Ferre seu Gestare, est Partui proximum; & ipsum *Parere*, dicimus tum *to Bear* tum *to Bring forth*; atque *Educare* dicimus tum *to Breed* tum *to Bring up*; Est autem *to Bring* idem fere atque *to Bear*.

Of, *Ex.*] Præpositio *p.* 63, *l*, 20. *p.* 64, *l.* 1.

The Virgin, *Virgina*] Latinæ Originis, ut Gallorum *Vierge*. Magis Anglicè diceretur *Mayd*, *Maid*, *Maiden*; Anglo-saxonibus *Maden*, *Megden*; Belgis

Belgis *Maecht*, *Maeght*, *Maeghd*, Germanis *Magd*.

Mary, *Maria*.] Nomen proprium.

Suffered, *Passus est*, *Sufferebat*.] Latinæ originis. A *Suffero* fit *suffer*; unde (additâ terminatione formativâ *ed*,) Præteritum *suffered*. *p.* 80, *l. pen.* Magis Anglicum esset *Bear* fero, *bare* ferebat.

Under, *Sub*.] Præpositio, *sub*, *subter*, *infra*. *p.* 99. *l.* 24. Anglosax. *Under*, Belgis *Onder*, Germanis *Under*, *Unter*, *Unten*; cui opponitur *Over* hoc est, *super*, *supra*.

Pontius Pilate, *Pontio Pilato*.] Nomina propria.

Was, *Erat*.] ut supra.

Crucified, *Crucifixus*.] *Crucify* est Crucifigo, Latinæ Originis, ut Gallorum *Crucifier*, *Crucified* est participium passivum, per formativum *ed*. *p.* 81. *l.* 4.

Dead, *Mortuus*.] *Dy* est Mori, unde nomen *Dead* Mortuus, & *Death*. *p*, 109. *l.* 19. (atque ita etiam Anglo-saxones,) Belgis *Dood*, Danis *Dod*, Germanis *Tod*, *Todt*. Non minus Anglicè hic diceretur *Died* moriebatur, nisi quod placuerit *was ἀπὸ κοινοῦ* præfigere tribus vocibus, *was crucified*, *dead*, *and buried*, potiùs quàm *was crucified*, *died*, *and was buried*.

And, *Et*.] ut supra.

Buryed *Sepultus*.] *To bury* est Sepelire, unde participium passivum *Buried* sepultus, *p.* 81. *l.* 4. Anglo-saxones *Birian*, *Byrigean*, *Byrigan*, *Bebyrgean*, *Bebyrigian*, Sepelire, & *Byrged* sepultus. Dici volunt a *Beorg* tumulus, acervus, cui affine est Germanorum *Berg* mons. Sed Belgæ *Begraven*, Germani *Begraben*, à *graf*, *grab* sepulchrum; quod nos *Grave* dicimus; Anglo-saxones *Graf*, *Grafe*,

sed

sed & *Stupigrava*, quasi Dormitoriam fossam.

He *Ille.*] vide *His* suprà.

Descended, *Descendebat.*] Præteritum verbi *Descend* Descendo, Latinæ originis; (*p.* 80. *l. pen.*) pro quo magis Anglice diceretur *Goe down* Eo deorsum, quod in Præterito est *went down.* (ab antiquo *Wend.*) *p.* 97. *l.* 31.

Into *In.*] Respondet Latinorum Præpositioni *in* cum Accusativo; quasi *ad-in.* Nam *In* est In, & *To* est Ad. *p.* 66. *l.* 18.

Hell *Infernum.*] Anglo-saxones *Helle*, Belgæ & Germani *Hell Helle* dicunt. Dici videntur, vel ab Anglo-saxonum *Helan* Tegere, quod nos etiam dicimus *to Heale.* Vel ab eorum *Hol, Hole, Hule*, Belgarum & Germanorum *Hol*, quod est nostrum *Hole*, Cavitas, Foramen. Respondet Hebræorum *Sheol*, Græcorum ἅιδης Quæ tam de *Sepulchro* dicuntur, quam de *Gehenna* seu Damnatorum loco: seu potius indefinitè de *Statu mortuorum*, quod hic videtur intellectum.

The,] ut suprà.

Third *Tertius.*] *Three* est Tria, *third* Tertius, *Thrice* ter, tribus vicibus. Anglo-saxones *Drie, Dreo*, Tria; *Dridda* tertius: Belgæ *Drie, Dry*, Tria, *Derde, Dryde*, Tertius: Germani *Trey, Drey*, Tria; *Dritta, Tritte, Dritt*, Tertius: Omnia Latinæ seu mavis Græcæ originis.

Day *Die.*] Anglo-saxones *Dæg*, Belgæ *Dagh*, Dani *Dag*, Germani *Tag* dicunt. Dicitur autem hic, *the third day*, elliptice pro *in the third day*, vel *on the third day*, in die tertio.

He *Ille.*] ut ante.

Rose *Surgebat.*] Præteritum Verbi *to Rise. p.* 96, *l.* 29. *p.* 97, *l.* 1. *To Rise* vel *Arise* est Anglo-

saxonibus

ſaxonibus *Ariſan*, Belgis *Riiſen*, Surgere: quibus conſentit Italorum *Rizzar-ſi Drizzar-ſi*, quaſi Rectare vel Directare ſe, i.e. Erigere. Germani verò eodem ſenſu dicunt *Aufſ-ſtehen*, & Belgæ item *Opſtaen*, quod nobis eſt *up-ſtand* ſeu *ſtand up*, ſtò ſurſum. Verbo *to Riſe* Surgo, affine eſt *to Raiſe* Erigo, ſeu ſurgere facio: ut *Sit* ſedeo, & *Set* ſito, ſedere facio.

Again *iterum.*] Anglo-ſaxones *Agen.* Quod autem Latini junctim *Reſurgo*, nos dicimus diviſim *Riſe-again.*

From, *e, ab.*] ut ſupra.

The Dead, *Mortuis.*] ut prius.

He *Ille.*] ut ante.

Aſcended, *Aſcendebat.*] Præteritum Verbi *Aſcend* Aſcendo, Latinæ originis. Magis Anglicè diceretur *He went up*, Ibat ſurſum. Terminatio *ed*, eſt formativa Præteriti. *p.* 80. *l. ult.*

Into, *in.*] ut modò.

Heaven *Cœlum.*] ut ſupra.

And *Et.*] ut ſupra ſæpius.

Sitteth *Sedet.*] *To ſit* ſedere, Anglo-ſaxones *Sittan*, Belgæ *Sitten*, Germani *Sitzen*: omnia a Latinorum *Sedeo*, ſeu Græcorum ἕζω unde ipſum *Sedeo.* Græcorum ἕζω, ἵζω, ſunt nobis *to Sit*, *to Set.* Terminatio *eth* eſt formativa Tertiæ perſonæ Singularis, temporis Præſentis. *p.* 82, *l.* 4.

On, vel At, *apud.*] Præpoſitio. *p.* 64, *l.* 8. *p.* 66, *l.* 23. *On* proprie eſt *Super*, ſed hic adhibetur pro *At* apud juxta. Atque promiſcuè dicimus *At the right hand*, & *on the right hand*, atque ſimiliter in aliis locutionibus aliquoties. Anglo-ſaxones *on*, eodem ſenſu dicunt; ſed & eo ſenſu quo nos *Un*, quod in compoſitis Negationem innuit; *p.* 104. *l.* 26.

l. 26. atque videtur a Latinorum *In* descendere. *p.* 104. *l.* 26. Belgæ *Aen*, *An*, Germani *An* dicunt, quod nos *On*. Præpositio *At*, Anglo-saxonibus *As*, est Ad, Apud, Juxta: atque ab *Ad* dictum videtur.

The Right hand, *Dextram manum.*] *Right*, Anglo-saxonibus *Riht*, Belgis & Germanis *Recht*, & Latinis *Rectus*; atque ab hoc descendunt illa, ut & Italorum *Ritto* & Gallorum *Droit* seu *Droict* quasi *Directum*. Dextram manum dicimus *the Right hand* quasi Potiorem; & Sinistram *the Left hand*, quasi Reliquam seu relictam; tam *to leave* est relinquere & *Left* (contractum ex *Leaved*) relictum. *p.* 93, *l.* 10, 12. Habet autem *Right* varia significata prout variis opponitur; ut *Right and Left*, Dextra & Sinistra; *Right and Crooked*, Recta & Curva; *Right and Sloping* seu *Leaning*, Erectum & obliquum, Inclinatum seu Scalenum; *Right and wrong*, Verum & Falsum, Justum & Injustum, Jus & Injuria, *Right and Amisse*, Rectè & Perperam. *Hand* est manus; Anglo-saxonibus *Hand*, Danis *Haand*, Belgis *Hant*, *hand*, Germanis *Hand*, *Handt*. Nescio an olim fuerit *Gandt* unde Gallorum *Gant* & *Gantlet* Chirotheca. Id certe vult Goropius Becanus dum Græcorum χειρ vult esse Germanicæ originis, quasi *Gi-gant* seu *wigant*, hoc est *wide-hand*, Latimanus. Nos *Glan* dicimus.

Of God the Father Allmighty, *Dei Patris Omnipotentis.*] omnia ut ante.

From thence, *ab inde.*] *From* Ab, (ut ante.) *Thence* est Adverbium loci. *p.* 99. *l.* 2. *In loco* significantia sunt *Here*, *There*, *Where*, hic, illic, ubi: *Ad* locum, *Hither*, *Thither*, *Whither*, Huc, illuc,

illuc, quo: *A loco, Hence, Thence, Whence,* Hinc: inde, unde; pro quibus alicubi dicunt *Herenes Therence, Wherence. Here*, vel *heer* est Anglo-saxonibus *Her, heer, here*, Belgis *Hier, hier*, Germanis *Hie, hieher, hier, hic, hese*, Danis *Her. Hither* est Anglo-saxonibus *Hider*. Belgis & Germanis *tot hier, hieher. Hence* Anglo-saxonibus *Heonan, Heonon*, Germ. *von hinnen. There* Anglo-saxonibus Ðer, Ðar, Belgis *Daer*, Germanis *Da, Der*. Danis *Der. Thither* Ðider, Ðyder, Belgis *Daer*, Germanis *Dahin. Thence*, Belgis *Daervon. Where*, Anglo-saxonibus *Hwer*, Belgis *waer*, Danis *Hver, Hvor*, Germanis *Woh. Whither*, Anglo-saxonibus *Wider*, Belgis *Waerhen*, Germanis *Wohin. Whence*, Belgis *Vap waer*, Germanis *Von wannen.*

He shall come, *ille veniet.*] *He* ille (ut ante.) *Shall* est Verbum Auxiliare, Tempus Futurum designans. *p.* 84, *l.* 3. *To Come* venire, est Anglo-saxonibus *Cuman, Cyman*, Belgis *Komen*, Germanis *Kommen*. Vox *Come* utut hic sit posterius duorum verborum, quod Latini solent per Modum Infinitivum exprimere, quodque Dani, imitere solent per terminationem *er*, Anglo-saxones per *an*, Belgæ Germanique per *en*, Anglique dibi per præfixum particulam *to*; *p.* 81, *l.* 14. post verba tamen auxiliaria (aliáque aliquot horum æmula) omitti solet hæc particula. *p.* 83, *l.* 3, 11.

To judge, *judicare, ad judicandum.*] Est posterius duorum verborum, adeoque habet particulam *to* præfixam. *p.* 81. *l.* 14. Vel etiam, hoc loco, & similibus, (ubi causa finalis innuitur,) non incommodè dicas *To* referre præpositionem *Ad*, *p.* 86, *l.* 13. ut sit, *to Judge*, Ad judicandum. Sunt

autem *a Judge* Judex, *to Judge* judicare, *Judgement* Judicium, (sicut Gallorum *Juge*, *Juger*, *Jugement*,) Latinæ originis. Magis Anglicum est *Deem*, judico, sentio; & *Doom* seu *Deme*, judico, censeo, sententiam fero; item (Substantive) Sententia, Judicium; *Domes-day*, dies judicii (præsertim Supremi.) *Domes day Book*, Liber Censualis Guilielmi Conquestoris dicti, quo Prædia totius Angliæ recensentur. Sed Gallica affectantibus (quod in plurimis obtinet vocabulis) *Dome* parciùs occurrit, & plerumque in sequiori sensu, pro Damno, Condemno. Anglo-saxonibus est *Deman* judicare, *Dema* Judex, *Dom Doom* Judicium, *Domes-dag* Judicii dies, *Dom-boc* liber censualis, *Doom-seal* (*Judgement-seat*) Thronus Judicii, Tribunal. Danis *Dommer* judicare, *Domstoel* Tribunal, *Dommedag* dies judicii. Belgis *Doeme* judicium, *Doemen* judicare.

The Quick, *Vivos.*] Adjectivum (ut sunt reliqua) omnium generum, casuum, & numerorum. Subauditur (ut in aliis linguis) Substantivum *Men* homines, plurale Substantivi *Man* homo; *p.* 59, *l.* 11. Anglo-saxonibus *Man*, *Men*; Belgis Germanisque *Man*, *Mann*; Danis *Mand*. Vox *Quick*, nunc ferè *Celerem* significat; sed olim frequentiùs (unde ex antiqua formulâ in Symbolo retinetur) atque etiamnum aliquando, Vivum significat; Anglo-saxones (quibus *Q* minùs erat in usu) *Cwice*, *Cuce*, dixerunt; Belgæ *Quick*. Ab omine *Quick* fit verbum *to Quicken*, accelerare, vivificare. *p.* 101, *l.* 17. *p.* 102, *l.* 10. *Quick-silver* Argentum vivum. Verum nunc ferè, pro *Quick* vivus, dicimus *Living* & *alive*. Nempe ex Substantivo *Life* vita; Anglo-saxonibus *Lif*, Belgis

Belgis *Liif*, *Leif*, *Leven*, Germanis *Leben*, Danis *Liff*, fit verbum *to Live* Vivere, *p.* 102, *l.* 5. (Anglo-saxonibus *Libban Leofan*, Belgis *Leven*, Germanis *Leben.*) Inde autem Participium *Living* Vivens, vivus; *p.* 81, *l.* 8. *p.* 102, *l.* 23. *Alive, a-live,* (quasi *in life*) in Vivis (nam Particula *a* in compositione nobis sæpissime valet *in*; *p.* 66, *l.* 24.) & *Lively*, *p.* 106, *l.* 16. vividus, Anglo-saxonibus *Liflic*, Belgis *Leeflick*; & *Lifeless*, *liveless*, inanimis, *p.* 104, *l.* 16. Anglo-saxonibus, *Lifleas.*

And the dead, *& mortuos.*] omnia ut ante.

I believe in the Holy Ghost, *Credo in Sanctum Spiritum.*] omnia ut prius.

The holy, *Sanctum.*] ut ante.

Catholick *Catholicam.*] *Catholike* vel *Catholick*, vel ad (Gallorum formam qui *k* non admittunt) *Catholique*, Catholicum. Est vox Latinæ seu potius Græcæ Originis; pro quo Latiniùs dicitur *General*, *Universal.* Anglo-saxonibus *Allic*, ab *Alle*, *al*, omnis; unde nostrum *All.*

Church, *Ecclesiam.*] Pro quo Scoti & septentrionales Angli, etiamnum *Kirk* dicunt, Belgæ *Kercke*, Germani *Kirch*, *Kirche*, Anglo-saxones *Cyric*: Contracta omnia ex Græco κυριακὸς, κυριακὴ, subaudi οἶκος, οἰκία.

Communion of Saints, *Communionem Sanctorum.*] Latinæ originis.

The forgiveness, *Condonationem.*] Ex verbo *Forgive* Condono, remitto, (ut supra,) fit Substantivum *Forgiveness*, (remissio, condonatio,) additâ terminatione formativâ *ness.* *p.* 108, *l.* 2. Qualia tamen ex Adjectivis plerumque formantur, ex Verbis rariùs.

Of Sins, *Peccatorum.*] *Sins* seu *Sinnes*, est (propter *s* formativum, *p.* 58, *l.* 19.) Plurale Substantivi *Sin*, *Sinne*, quod est Peccatum. Anglo-saxonibus, *Sinne*, *Synne*; Belgis *sonde*, *Sunde*; Germanis *Sünd*.

The Resurrection, *Resurrectionem.*] Latinæ originis: pro quo magis Anglicè diceretur *the Up-Rising*, vel *Rising again*. *Rising* Surrectio, est (propter terminationem formativam *ing*, *p.* 81, *l.* 10, *p.* 102, *l.* 24.) Verbale à verbo *to Rise* surgere, quod Intransitivum est; cui respondet Transitivum *to Raise* Erigo, surgere facio. Nostrum *to Rise* seu *to Arise*, est Anglo-saxonibus *Arisan*, Belgis *Rijsen*, Danis *Reiser*; nescio an ausim derivare à *Regere*, *Erigere*; at certè Italicum (eodem sensu) *Rizzarsi*, *Drizzarsi*, est *Rectare se*, *Directare se*. *Again* iterum, est Anglo-saxonibus *Agen*, Belgis *Aengaen*, Germanis *Angehen*; ut supra.

Of the Body, *Corporis.*] *Body* Corpus, est Anglo saxonibus *Bodige*.

And the Life, & *vitam.*] vide supra ad vocem *Quick*.

Ever-lasting, *sempiternam*, *semper durantem.*] *Ever* semper, (ut supra,) *Lasting* durans, est (propter terminationem *ing*, ut modo,) Participium verbi *to Last*, permanere, ad ultimum durare; atque hoc ab adjectivo *last* ultimus, postremus; (*p.* 101, *l.* 17.) quod contractum est ex *Latest* gradu superlativo positivi *Late* serò seu serus; cujus Comparativus est *Later* seu *Latter* posterior. *p.* 75, *l.* 7. *Late*, serus, tardus; est Anglo-saxonibus *Late*, *Laet*, Belgis *Laet*: Comparativus *Later*, est Anglo-saxonibus *Lator*, *Latra*; Superlativus *Latest*, *La'st*, est Anglo-saxonibus *Lateſt*, *Lateſt*.

Item

Item Belgarum *Loteren Leuteren*, est nostrum *Loitur* tardare, morari.

Amen.] solemnis clausula, ut prius.

PRAXIS TERTIA.

HAnc alteram Praxin subjungere visum est; partim ut congeniarum vocum mutuam cognationem hoc exemplo quadantenus ostenderem; partim ut peculiarem singularum vocum Emphasin insinuarem, in linguâ nostrâ elucentem; quæ paucis vocabulis, eisque brevibus, conceptus satis fœcundos distinctè exhibet.

Nempe, Vir quidem doctus, natione Gallus, sub finem anni 1653, proposuit mihi subscriptos quatuor selectos versus Gallicos, in eum finem compositos: Mirum inde prædicans Linguæ suæ Gallicanæ felicitatem, quæ Sensus cognatos cognatis Vocibus exprimat; Nostræ interim Anglicanæ vitio vertens, ut quæ non raro (quod tamen omnibus Linguis commune est) cognatos Sensus Vocibus exprimat nullâ cognatione conjunctis.

Quand un Cordier, cordant, veult corder une corde;
Pour ſa corde corder, trois cordons il accorde:
Mais, ſi un des cordons de la corde deſcorde,
Le cordon deſcordant fait deſcorder la corde.

Verum, et pace quantumcunque felicitatem neque Linguæ nostræ Anglicanæ deesse, ostendetem; Ego protinus (non novum materiæ delectum

dum faciens) eosdem ipsos quatuor versus idiomate Anglicano verbatim reddidi; retentâ eâdem quam in suis notaverat curiositate: Substitutâ tamen voce *Twist* purè Anglicâ pro Exoticâ quàm ille expectaverat *Chord*.

When a Twister, a-twisting, will twist him a twist;
For the twisting of his twist, he three twines doth intwist;
But, if one of the twines of the twist do untwist,
The twine that untwisteth, untwisteth the twist.

Sed & hos alios quatuor, ejusdem subjecti, subjunxi.

Untwirling the twine that untwisteth between,
He twirls, with his twister, the two in a twine:
Then, twice having twisted the twines of the twine,
He twitcheth, the twine he had twined, in twain.

Atque illis hos quatuor alios.

The twain that, in twining, before in the twine,
As twins were intwisted; he now doth untwine:

twine:
Twixt the twain inter-twisting a twine more between,
He, twerling his twister, makes a twist of the twine.

Hos tandem omnes, aliquantò post in gratiam alteriùs cujusdam extranei Viri Nobilis, significatuum minutias inspicere desiderantis, Latinè utcunque sic reddidi; neglecto tamen qui in Anglicis observabatur, sonorum consensu; sed servatâ significationis verborum Emphasi:

Quum Restiarius aliquis, conficiendis-torquendo-funibus-jam-occupatus, vult sibi funem-tortilem contorquendo-conficere;
Quò hunc sibi tortilem-funem torquendo conficiat, tria contortu-apta-filamenta complicando-invicem-associat:
Verùm si, ex contortis illis in fune filamentis, unum fortè se-explicando complicationi-eximat;
Hoc ita-se-explicando-dissocians filamentum, funem-torsione-factum detorquendo-resolvit.

Ille autem, celeriter evolvendo-retexens intermedium illud, quod se-explicando-dissociaverat filamentũ;
Versorio-suo-torsionis-instrumento, duo reliqua celeri-volvens-turbine-contorquet funiculum-ex binis-filamentis inde conficiens.
Tum verò quum jam secunda-vice torquendo-convolverat funiculi-hi-chordis bina filamenta;
Quem ex-binis-filamentis torquendo-continuaverat funiculum, raptim-divellendo-dirimit.

Tandem,

Tandem, quæ torquendo pridem in funiculo-bimembri filamenta duo,

Tanquam Gemellos, una consociaverat torquendo, jam detorquendo dissociat:

Et binis illis filamentum adhuc aliud intermedium interserendo consociens,

Versorium ille suum gyro-celeri-fortiter-versando, ex funiculo-bimembri plurimembrem torquendo confecit funem.

Hæc ut distinctius explicem; Vocem Primigeniam, quæ familiam ducit, cum suis inde derivatis ordine exponam. Nempe,

Two Duo; est vox Primitiva unde reliquæ descendunt: originem autem ipsa ducit ex Latinorum *Duo*, seu potiùs Græcorum Δύο; unde nos vocem formamus monosyllabam *Two*, atque hinc, retentis ut radicalibus *Tw*, terminatione varie inflexâ plura deformamus vocabula. Anglo-saxones dicebant eodem significatu, *Twa, twe, twy*. Et Scoti etiampum *Twea*. Belgæ, *Twii, Twee*: Germani, (qui per *z* sæpissime scribunt, quæ Nos & Belgæ per *T*) *Zwey, Zwo*.

Twain, Duo, Bina: (olim *twayn*,) idem fere quod *Two*, nisi quod ut plurimum innuat duorum illorum mutuam quandam relationem seu connexionem, ut *Bina* potiùs significet: Quasi ex *two* seu *twa* formetur *twain*, ut ex *bis*, *bini*, quasi *duini*; sicut *bellum* jam dicimus quod olim erat *duellum*, & *bis* Latinum, quod Græcis erat Δις.

Twice, Bis: terminationem adsciscere videtur à Latinorum *Vice*, cum voce *two* seu *duo* conflatâ. Puta *Once*, una vice; *twice*, bina vice, *thrice*, ternâ vice.

Twin,

Twins, Gemelli; *a Twin*, gemellorum unus: dicitur propriè de binis infantibus eodem partu editis. Videtur esse Diminutivum ex *Twain*, (ut ex Gemini, Gemelli;) ita scilicet formatum ut ex *sup* sorbeo, fit *sip* sorbillo; ex *drop* gutta, guttare, *drip* guttula, stilla, stillare; ex *Top* culmen, *tip* apex, apiculus: (aliaque ejusmodi;) nempe extenuando sonum, quo nos solemus Diminutiva innuere, sicut ampliando sonum Augmentativa, ut ex *sup* sorbeo, *soop* sorbendo affatim haurio, &c.

To Twine, Bina fila contorquere: Dicitur propriè de binis tenuibus filamentis spiratim contortis seu combinatis. Bina innuit *tw*; filorum subtilitatem innuit tenuitas vocalis *i*; & continuâ combinationem, productio soni; qui in *Twin* subitò abruptus fuerat, (ut sunt ipsi Gemelli disjuncti,) *A twine*; dicitur, nunc de filamentorum altero (ut *twin* de altero gemellorum;) nunc de spirâ ipsâ seu filo ex binis compositio.

To Twist, contorquere: idem fere ac *to twine*, sed laxiore acceptione. Non enim de binis tantum, sed & de pluribus spiratim contortis dicitur: utut enim *tw* ex *two* desumatur, non tamen hic *Binarium* strictè, sed *saltem binarium*, hoc est *pluralitatem* innuit, ut & ipsum *Combinare*, de saltem Binis, sed & de Pluribus, connitis dicitur. Neque de subtilibus tantùm filis, sed & funiculis aut etiam funibus majoribus contortis dicitur. Sed de silenti conversione aut cum molli saltem sono potissimum intelligi, innuit sonus mollis terminalis *st*, sine ullo strepitu seu asperiori litera. Nomen *a Twist*, non (ut *a twine*) de membrorum uno, sed conjunctim tantùm de ipsâ spirâ dicitur.

Verùm & utrumque, *to Twine* & *to Twist*, de-

posità

positâ strictâ suâ significatione, significat nonnunquam *spiratim serpere* (ut circa quercum Hedera, aut ulmum Vitis,) licèt non complexu mutuo qui in filis contorquendis observatur; aut etiam, laxiori adhuc metaphorâ de stricto aliquo complexu, præsertim tortuoso, quem non facile excutias. Sed & *the Twist*, (torsionis significatu depositô,) fluvii nomen est, seu potiùs locus sic dicitur ubi Rivuli duo in unum coeunt, aut unus in duos divaricatur; item ea pars corporis humani ubi Bina crura in Truncum coeunt, seu Truncus in Bina crura divaricatur. Quanquam & *Twist* de fluvio tortuoso non incommodè dicatur.

A Twister, contortor; est nomen Verbale, *Agentem* significans, à Verbo *to Twist*, adjecta terminatione formativâ *er*. Denotatque, vel Efficientem Principalem, ut eum Hominem torquentem innuit; præsertim Artificem cujus hæc est solennis occupatio, putà Restiarium, aut huic similem; vel saltem Instrumentum seu Agentem minus-Principalem, putà Tortorium, seu torsionis Instrumentum.

Twisting; vel est ejusdem Verbi Nomen verbale *Actionem* significans, nempe Torsionem ipsam; vel (adjectivè sumptum) est istius verbi Participium Activum; vel denique Gerundiorum vicem supplet, & quidem (cum præpositione *a*, pro *at*, compositum) *a-Twisting*, valet *intorquendum*, seu torsione jam occupatus; quomodo dicimus *a-dying*, *a-going*, *a-burning*, *a-making*, &c. dum quis illud agit.

Sed & utrumque, *to Twine* & *to Twist*, (sicut & alia apud nos verba innumera,) pro variâ constructione significatû habebit triplici saltem gradu distinctum:

ctum: putà Convertere ſenſu Intranſitivo, ſeu Torquere ſe, hoc eſt Ambire, circuire, ſaltem ſpirali motu, ut cum Hedera Quercum ambit, dicetur Hedera *to twine* ſeu *twiſt about it*: vel, Convertere ſenſu Tranſitivo, ſeu Torquere aliud, hoc eſt, circumducere; ut cum Reſtarius contorquet Filamenta, quo inde funiculum faciat: vel denique ſenſu dupliciter Tranſitivo, ut *Torquere* ſignificet *Texere*, ſeu *torquendo facere*; ſic *to twiſt a rope*, eſt, funem torquendo facere, non, funem jam factum torquere; ſimiliter apud Latinos, *tenavit ferculà ſeptem*, hoc eſt, *cœnando abſumpſit*; ſic *componere litem*, hoc eſt, *componendo dirimere*; &, *componere carmen*, hoc eſt, *componendo facere*; nempe, componendo verba faciunt carmen; ut, torquendo fila, faciunt funiculum.

To Twirl, Converſionem innuit (ut ipſa *Twine* & *Twiſt* quibus eſt affine,) ſed Rapidam (celerem nempe & fortem) præſertim cum ſtrepitu crepitúve, atque aliquandiu continuatum non repente finitam; quippe hæc innuunt literæ terminales *rl*, obſtreperæ ſcilicet & ſoni productioris, non (ut mutæ) repentino exitu. Eſt utiq; *to Hurl*, rapidè projicere, præſertim rotando ſeu turbinatim volvendo; quod ipſe ſonus imitatur; (nam, *his* percutio, non magno forſan cum damno; &, quod aſperius adhuc eſt propter inſertum *r*, *hurt* ledo; terminalem habent *t* literam mutam & minimè prolongabilem; eóque motum innuunt repente terminatum; ſed *hurl* projicio, terminatur literâ *l* liquidâ, productioris ſoni, eóque motum continuatum innuit, non repentino exitu ſed ſenſim deſinente; & quidem ab aſperiori ſtrepitu in molliorem vergente, quod innuit tranſitus ab-

ad

nam, si stridoris asperi continuationem insinuatam volumus, *hurr* potius quam *hurl* dicimus, & *whirr* quã *whirl*; sin absq; strepitu cum solo sibilo feratur, pro *whirr* dicemus *whizz*, vocis sono sonum projecti imitante; ut de globulo bombardâ projecto, aures cum sibilo transeunte: in omnibus autẽ *h* non sine conatu aliquo & fortiori afflatu proferri potest: adeóque *hurl* projicio, initiali *h* conatum agentis imitatur; mediâ literâ *r*, violentiam seu vim medio illatam, indeque strepitum factum; terminale *l*, motûs productionem sensim desinentis, cum molliori sonitu:) *Whirl*, voci *Hurl* superaddit Gyrationem; ut sit, rapidè in gyrum volvere, (unde *whirl-pool* vortex, *whirly-gig* verticulum lusorium; *whirle-wind* turbo:) ipsúmque *wh* initiale, videtur curvedinem quandam seu gyrum innuere; ut, in *wheel*, rota; *to wheedle*, insinuando sensim inducere; *whimzy*, vertigo; *to whistle*, ore rotundato sibilare; *whip*, flagellum flexile; *whisk*, celeris conversio; *whelm*, *whelve*, converto, everto, (speciatim dici solet, de Patinâ, similivè operculo concavo, rei tegendæ super-inverso, *to whelm over*;) *over-whelm* obruo, cooperio; *wheal*, *whelk*, pustula; *wherry*, cymbula expeditè versatilis; aliáque similia: non addo *who*, *what*, *which*, *who's*, *where*, *whence*, *why*, *whine*, *whinder*, &c. quæ omnia Quærentium sunt, seu Quiritantium; quoniam, in his omnibus, *wh* Interrogativum, seu potius *Hw*, (nam eo ordine pronunciantur hæ literæ utut alio scribantur,) descendisse videtur à Latinorum Interrogativo *Qu*, in *quis*, *quid*, *qui*, *qualis*, *quantus*, *quando*, *quare*, *quæro*, &c; cui respondet Græcorum Π, in πῶς, πόσος, πόσοι; ποῖος, πότε, πορέω, &c; nam Latinorum

orum *Qu*, exprimunt Cambro-Britanni per *Chw*, *Cw*, Anglo-saxones per *Cw*, *Hw*, & nos inverso ordine, sed eodem sono, per *Wh*: Verùm dum quærimus, Ambigimus; seu in ambiguo sumus; quod ipsum est ab *Am* circum, & *Ago*; ut neque hic desit circuitus.) ut sit *whirl*, quasi constatum ex *Wheel* & *hurl*: Et tandem *Twerl* seu *Twirl*, complicationem seu contortionem superaddit; ut sit quasi compositum ex *Twist* seu *Twine* & *whirl*, in gyrum rapidè volvendo contorquere. De vocalibus *i*, *e*, *u*, non est ut simus soliciti; nam perinde fere est quam liber adhibeas, quippe idem fere eorum sonus erit ante literam *r*; cum hoc saltem discrimine, *twirl* innuet acutiorem seu subtiliorem strepitum, *twerl* mediocrem, *twurl* graviorem seu crassiorem adeóq; obscuriorem strepitum.

Untwine, *untwist*, *untwerl*, sunt composita ex *twine*, *twist*, *twerl*, cum negativâ seu contrariâ particulâ *un*; explicationem innuentia eorum quæ torsione fuerant implicata seu complicata. Nam particula *Un* adjectivis præposita, negationem innuit, ut Latinorum *in*; ut *Worthy*, *unworthy*, dignus, indignus: Sed Verbis præposita altius quid innuit; quippe non tantum actum negat, sed destruit, seu infectum facit; ut *to say* dicere, *to unsay* (non modò, non dicere, sed) dictum revocare dictum, indictum facere; *to do* facere, *to undo* dissolvere, infectum reddere; *to weave* texere, *to unweave* retexere; *to cover* tegere, *to uncover* detegere, *to deceive* fallere, *to undeceive* à fallaciis liberare, &c. sic *to twist* torquere, *to untwist* detorquere, torsioni eximere, torsionem solvere, explicare, extricare; ut Latinorum *de* & *re* Contrariam actionem significantia, in *detego*, *devolo*, *depopulor*,

depopulor, dedecet, dehonesto, dedignor, derogo, desspero, desuesco, depleo, dedoceo, dedoleo, deferveo, defamo, retego, revelo, recludo, resigno, reseco, resilio, reclamo, aliisque; secus quàm in *deamo, dealbo, deauro, defatigo, delasso, devincio, defraudo, declamo, declaro, recendo, repleo, redundo, remoror, repugno, retardo, resono, revereor*, &c, quæ augmentativa magis sunt quam derogativa. Verum hoc non facit Latinorum *in*, sensu privativo sumptum; quod cum solis Adjectivis (quibus annumero Participia) componi solet; non item cum Verbis. Dicimus enim *indoctus, illæsus, illaudatus, immaturus, insipiens, insolens, impotens, immotus, imparatus, interritus, incomptus, innocens*; pro *non-doctus* &c; non item *indoceo, illædo, illaudo, immaturo, insipio, insoleo, impossum, immoveo, imparo, interreo, incomo, incorrumpo, invoco*; Et quidem si hæc dicerentur, non eo sensu dicerentur, quasi *non-doceo*, seu *dedoceo*, &c; sed planè contrario. Dicimus utique *imminutus, immixtus, immutatus, indictus, infractus, inhumatus, intumulatus, invisus, inaudito*, tanquam composita ex *in* privativo, & *minutus* &c; contrario plano sensu quàm cum eadem sunt. Derivata ab *imminuo, immisceo, immuto, indico, infringo, inhumo, intumulo, invideo, inaudio*, & similiter in aliis non paucis. Dicimus quidem, sensu non absimili, *improbo, indignor, infirmo, inhonesto, insanio*; &c. Sed non ut composita ex *in* & *probo*, &c sed ut Derivata ab *improbus, indignus, infirmus, inhonestus, insanus*; &c. Similiter, *insipientia, infelicitas, inclementia*, &c. dicuntur; non tanquam composita ex *in* & *sapientia*, &c; sed tanquam Derivata ab *insipiens, infelix, inclemens*, &c; sic & *infamia*, non ut compositum ab *in* & *fama*, sed ut Derivatum ab *infamis*; & *infortunium*, non

ut

ut compositum ex *in* & *fortuna*, sed ut derivatum ab *infortunatus* tanquam ab *infortunis*. Tria saltem sunt (nescio an plura) de quibus merito dubitemus, *ignoro*, *ignosco*, & *inficias*: quorum illa quidem pro Derivatis facilè habuerim, sive à Græcorum ἀγνόω, sive à Latinorum *ignotus* & *ignarus*; hoc autem *inficias* (unde verbum *inficior*,) mutilum est, & incertæ originis; nescio an ab *inficetus* (aut aliâ aliquâ voce, cui *facialis* sit congenia,) ortum ducat: sed non hic locus est de illis disputandi. Nos autem nostrum *un* (ut Anglo-saxones suum *on*) cum Adjectivis pariter atque cum Verbis componimus: Illic sensu Privativo; hic, Destructivo.

To Twitch, est vellicare, celeri & subitaneo motu divellere: *to twitch in two*, seu *twitch in twain*, est celeri vellicatione in duo dirumpere. Divisionem seu partitionem in duo (saltem conatum ad illam) innuit initiale *Tw*; celerem & repentinum motum innuit rapida terminatio *itch*: & quidem additum illud *in twain*, in bina, innuit, conatum hunc effectum suum obtinuisse, rem actu ruptam esse.

In-twist, seu *inter-twist*, est torquendo insero, seu torquendo interfero; præpositionibus *in* & *inter* eundem significatum retinentibus quem apud Latinos habuerant, unde desumptæ sunt. Perinde autem est sive scribantur *intwist*, *intertwist*, (per Latinorum *i*,) sive *entwist*, *entertwist*, Gallorum modo, per *e*, qui initiale *e* pro Latinorum *i* substituunt, in præpositionibus *in* & *inter*.

Between, inter; proprie significat *inter duo*, seu *inter bina*: (nam si de pluribus fiat sermo, rectiùs dicitur *among*: Nam, *inter Duo*, Dicimus, *Between two*; sed, *inter Multa*, est, *among st many*.) Estque *Be-tween*, compositum ex præpositione *be*

hoc

hoc est *by*, in, prope, juxta, (ut in *be-side* à latere, *be-fore* a parte ante, *be-hind* à parte post, *be-neath* infra, *be-low* in humili ; &c.) & *tween* hoc est *twain*; Sed *a-mong*, seu *a-mongst*, dicitur de multis; quasi *in mistura*; compositum utique ex præpositione *a* hoc est *at* seu *in*, (ut in *a-bed* in lecto, *a-long* in longitudine, *a-fraid* in metu, *a-broad* foras, seu in amplo, *a-low* infra, in humili, *a-bove* supra, in-super, *a-going* in eundo, *a-dying* in moriendo, &c.) & *mong*, hoc est *mingo* seu *mingle*, quod descendisse videtur à Græco μιγνυω, eodem significatu quo *mix* a Latino *misceo*, *miscui*, *mixtum*.

Be-twixt, & (capite truncato) *twixt*, idem significat atque *Between*, estque ejusdem originis: ex *be* seu *by*, & *two*, *twy*, seu *twain*; ut sit *per duo*, seu *juxta duo* Terminatio *xt*, nequis dubitet unde sit; notandum, est quod nos *tween*, *twayn*, *twain*, dicimus, dixisse Anglo-saxones *tweon* (quorum *g* sæpissimè transit in nostrum *y*, atque inde in *i*,) cui si (excidente terminali *n* formativâ) accedat terminatio *st*, (ut in *against*, *amongst*, a vocibus *again*, *among*, &, in formandis adjectivorum Superlativis;) *tweg'st* facile transibit in *twext*; (sicut, à *nigh* prope, fit *nigh'est*, *nigh'st*, *next*, proximè:) ut tantundem distent inter se *again against*, *among amongst*, *betwixt*, atque *nigh*, *next*, propè proxime. Quid quod & Anglo-saxones, pro *between*, utrumque dicerent *betweonan* & *betwyx*, *betwux*.

Si tamen *twixt*, *betwixt*, *between*, occurrat quandoque de Pluribus dictum; eadem *ἀναλογία* agnoscas, quam, in *combinare* de pluribus dicto, modò notavimus.

Plura

Plura sunt vocabula ab eodem *Two* variè deducta, sed quæ hic loci non occurrunt, adeóque præteriri poterunt. Ut *Twelve* duodecim, *Twenty* viginti, *Two-fold* duplex, *Twy-light* diluculum, crepusculum, (ex *twy* & *light*, quasi inter lucem & tenebras, seu lux dubia, lux ambigua, crepera, unde crepusculum;) *Twibill* bipennis (ex *twy* & *bill* falx;) *Twy-blade* herba quædam bifolia, (ex *twy*, & *blade*, folium, lamina; ut *trefoil* trifolium:) *Twifford* seu *Twi-ford*, quasi Bi-vadum, oppidi nomen ad duplex vadum situ, (ex *twy* & *ford*, vadum;) *Twitch* pressim vellicare, pressiva vellicatio, quasi ex *twitch* & *pinch* conflatum, *twinge* acrior vellicatio & productior, (sic nervorum in nostro corpore vellicatio, si momentanea sit & sine gravi dolore, *a twitch* dicitur; si accedat dolor acrior, sed momentaneus, dicetur *a twinch*; sin & productior sit, *a twinge* dicetur; cujus differentiarum rationem ipse sonus innuit: sed, divulsionem seu separandi conatum in omnibus innuit ipsum *tw* ex *two* desumptum; &, vellicationem celerem, initiale *twi* correptum:) aliáque istiusmodi.

In quibus sicui scrupulosior videar ad vocabulorum minutias descendendo; id feci, ut verum linguæ sensum, à paucis animadversum, indicarem; in quâ non rarò, non Compositum tantum, sed Bi-compositum, Tri-compositum, aut etiam pluries compositum, (sensum si spectes,) in unâ voce monosyllabâ animadvertas; ubi non tam Voces singulæ (quod alibi fit,) quam quasi singulæ Literæ suam significando vim exserunt, ab ipso sono ho penitam. Quod tamen de nativis atque antiquis linguæ vocibus (sed nec eis omnibus) intellectum volo; non de magnâ vocum farragine ali-

unde advectarum, & serius insertarum linguæ nostræ; genium linguarum unde advenerant affectantium; quæ productiori formâ & majori forte cum pompâ incedunt, sed significationis sunt minùs pressæ.

His ita expositis, Versiculos ordine jam exponemus.

When, Quum, quando.] Adverbium temporis. Nempe, à *Quando* dictum videtur *Whan* seu *when*.

A Twister, Restiarius aliquis, seu Contortor.] *A*, est articulus numeralis; Individuum saltem vagum denotans; valétque *unus*, seu *aliquis*. *Twister*, est nomen Verbale, Efficientem notans; à Verbo *Twist* contorqueo, additâ terminatione formativâ *er*. Notátque hic loci Efficientem Principalem, Contortorem; talem præsertim cujus munus sit, Contorquere; putà Restiarium, cujus hæc Ars est seu occupatio.

A-twisting, in torquendo, inter torquendum, torquendo jam occupatus, & quidem conficiendis torquendo funibus.] *A* non est hic loci articulus numeralis, sed particula præpositiva, seu Præpositio quæ in connexione valet *at*, seu *in*; præfigitur Verbali *twisting*, ab eodem Verbo *Twist*, additâ terminatione formativâ *ing*. Si abesset præfixum *a*, foret Participium Activum, Agentem innuens, *Contorquens*. Sed, propter præfixam præpositionem, est hic loci nomen verbale, innuens Actionem; quod & Gerundiorum vices supplet; adeoque exponendum erit *in torsione*, existens, seu *in torquendo*, aut *inter torquendum*; innuitque Agentem jam in ipso opere occupatum, nempe faciendis torquendo funibus; nam de tali Contorsione hic agitur.

wis

Will twist him, vult torquere sibi.] *Will* est quandoq; verbum auxiliare, futuritionem innuens; sed hic potiùs per *Volo* exponendum est, quam per tempus futurum; non enim tam futuritionem rei, quàm voluntatem agentis hic innuit. Huic autem subjungitur Verbum Infinitum *to twist*, sed omissâ particulâ *to*, ut post Verba Auxiliaria fieri solet; neque enim Auxiliaris naturam planè deposuit Verbum *Will*, utut pro *Volo* usurpatum. *Twist* est *Contorquere*, seu potiùs *Contorquendo facere*; nam quod sequitur, *a Twist*, est (ut loquuntur Latini) Accusativus Effecti, non Objecti. *Him* (elliptice dictum pro *to him* seu *for himself*,) ita subjungitur, ut solent Latinorum *mihi*, *tibi*, *sibi*, festivitatis gratia (ut loquuntur Grammatici) magis quam necessitatis; ut sit, *vult sibi contorquendo facere.*

A twist, Contortum aliquod, quendam funiculum-tortilem.] Est Accusativus Effecti. Articulus numeralis *a*, valet *aliquem*, seu *quendam*. *Twist* Nomen est. Et perinde est, sive dicamus, ex nomine *a Twist*, Verbaliter posito, fieri Verbum *to Twist*, ut illud sit *Funiculus*, hoc *funiculum facere*, (sicut *a Wife* uxor, *to wive* uxorem ducere; *a web* tela, *to weave* telam *texere*; *a whelp* catulus, *to whelp* catulos parturire; *love* amor, *to love* amare;) sive ex verbi *to Twist* Participio Passivo *Twisted* fieri contractione *twist'd*, *twist't*, *twist*, (ut ex *hurt*, *hurted*, *hurt'd*, *hurtt*, *hurt*;) idemque ex participio passivo transire in nomen verbale; ut *a Twist* sit contractum ex *twisted*, sicut *Gift* donum ex *given* datum; & *bit* morsus ex *bited* Participio Verbi *to bite* mordere; nam ex nomine *a bite* morsio, fit verbum *to bite*, cujus Participium

bited, fit contractione *bitt*, atque hinc nomen *a bitt*, morsus, buccella, nempe quod mordetur, seu quantum unâ morsione separamus. Linguæ analogia utrumvis ferret.

For the twisting of his twist, pro illâ torsione funiculi sui; vel, *For the twisting his twist*, pro torquendo funiculum suum.] *For* pro, finem innuit: ex Latinorum *pro* sumptum, sicut Gallorum *pour*. *The* articulus demonstrativus illam (de quâ fit sermo) torsionem indicans. *Twisting* torsio, nomen verbale, construi potest vel ut Latinorum verbalia cum casu Genitivo, cui respondet nostrum *for the twisting of his twist*, pro torsione funiculi; vel ut Latinorum Gerundia cum Accusativo, cui respondet nostrum, *for the twisting his twist*, pro torquendo funiculum, vel (quod elegantius creditur) pro torquendo funiculo. *Of* est præpositio, idem innuens quod Latinorum casus Genitivus. *His* (contractum ex *hee's*) suus. *Twist* funiculus, ut prius.

He three twines doth intwist, Ille tria filamenta invicem contorquet.] *He* ille. Pronomen pro tertiâ personâ singulari sexûs masculi. *Three* tria, est Latinæ seu Græcæ originis. *Twines* filamenta, est Pluralis numeri, (propter *s* formativum,) a singulari *Twine*; quod hic loci significat, non funiculum ex binis loris seu filamentis compositum, sed ipsa filamenta, apta sic combinari, putà in funiculum bimembrem; quod tamen non impedit quin & plurimembrem ingrediantur. *Doth intwist*, invicem contorquet, seu inter se complicando associat: Nempe *do*, seu *doe* est Verbum Auxiliare pro tempore præsenti; cujus tertia persona singularis (propter *th* formativum)

est

eſt *doeth* ſeu *do'th*: Adeoque idem valet *doth intwiſt*, atque *intwiſteth*. *Intwiſt*, ſeu *entwiſt*, componitur ex *twiſt* contorqueo, & præpoſitione *in*, quod hic valet *invicem* ſeu *inter ſe*, adeoque *intwiſt* erit *invicem contorquet*, ſeu *inter ſe*; niſi malis *in* ad funiculum referre, atque tum *intwiſt*, eſt *torquendo inſerit*, nempe funiculo inde conficiendo. Verùm hic *to Twiſt*, non eſt (ut priùs) *contorquendo facere*, ſed ſimpliciter *contorquere*; quippe *three twines* tria filamenta, eſt Accuſativus Objecti, non Accuſativus Effecti. Notandum porro, Accuſativum hunc, ordine præponi ſuo Verbo *Intwiſt*; quod in verſiculis fit ſæpiſſime, in proſâ rariùs.

But if, ſed ſi.] Conjunctiones.

One of the twines of the Twiſt, unum ex filamentis illius illis funiculi.] *One* unum, Anglo-ſaxonibus *an*, *ane*, Belgis *een*, German is *ein*: quæ an à Latinorum *Unus*, an immediatè à Græcorum ἑν deſcenderint, non diſputo. *Of* præpoſitio, Latinorum Genitivo reſpondens. *The* articulus demonſtrativus. *The Twines* illa filamenta; nempe, quæ in funiculo, ſeu illius funiculi; hæc utique ſunt quæ demonſtrat ille Articulus. *Of the twiſt* iſtius funiculi, nempe de quo dictum eſt.

Do untwiſt, detexatur, complicationi ſe explicet.] *Do* dicitur, potiùs quàm *doth*; propter conditionalem conjunctionem *if* ſi. Nam *eth* formativum tertiæ perſonæ, illic omitti plerumque ſolet, ubi Latini modum Subjunctivum adhiberent: Adeoque potius dicimus *if one do*, quàm *if one doth*, quanquam nec hoc refugiamus. *Untwiſt*, diſſiliat, detexatur, detorqueat ſe: Senſu intranſitivo; atq; ſic in priori loco verſiculi ſequentis; ſed in poſteriori, ſenſu tranſitivo.

The

The twine that untwisteth, filamentum illud quod detorquendo dissociat, seu torsioni se detorquendo eximit.] *The twine* illud filamentum, (nempe quod dissociat.) *That* (pro *which*) quod. *Untwisteth* detorquendo exsilit, sensu intransitivo, ut in præcedenti versiculo: Duo autem innuit; nempe quòd contorto se eximit, &, quod detorquendo id fiat. Terminatio *eth* innuit tertiam personam singulatem temporis præsentis.

Untwisteth the twist, detorquendo dissolvit funiculum.] *Untwisteth* dissolvit, detorquet, sensu transitivo, (propter sequentem Accusativum objecti *the twist*,) facit ne sit Contortum. *The twist*, contortum illud, seu funiculum torsione factum, de quo fit sermo.

Untwerling, celeriter retrò-volvendo eximens torsioni.] Conflatum ex *untwist* & *wherl*. Celerem gyrationem innuit *wherl*; quodque retro volvendo fiat, & torsioni eximat, innuit *untwist*; seu hinc desumptum *untw*. Terminatio *ing* est formativa Participii Activi. Estque in sensu transitivo, propter sequentem Accusativum.

The twine filamentum illud.] Nempe quod explicare se cœperat; nam hoc sequitur.

That untwisted between, quod se explicando dissociaverat è medio.] *That* (pro *which*) quod. *Untwisted*, detorquendo exsiliverat: sensu intransitivo. Terminatio *ed* est formativa præteriti. *Between*, inter, è medio, (nempe duorum reliquorum;) est Præpositio Adverbiascens propter defectum Nominis quod regat.

He twerls, ille rapidè volvendo contorquet.] *He*, pronomen tertiæ personæ sexûs masculi, ut priùs. *Twerl*, conflatum ex *twist* & *whirl*: quorum

rum illud contorsionem innuit; hoc, celeri gyro rapidè factam esse. *Twerls*, pro *twerleth*; transeunte formativâ terminatione *eth*, in *s*.

With his twister, verſorio suo, torsionis instrumento.] *With* est præpositio, instrumentum innuens; quod Latini per Ablativum Instrumenti exprimunt. *His* suo, ut prius. *Twister*, Verbale ex verbo *to Twist* additâ terminatione *er* formativâ Efficientem notante. Et quidem hic loci Efficientem minùs Principalem, nempe Instrumentum notat; sed vox eadem versiculo primo Efficientem Principalem notaverat.

The two in a twine, illa duo in funiculum bimembrem.] Accusativus Objecti, post verbum *twerls* sensu transitivo positum. *The two*, illa duo, nempe quæ reliqua erant post unius exemtionem. *In a twine*, in funiculum bimembrem. *In* pro *into*. *A twine* individuum, propter articulum numeralem. *Twine* strictè sumitur, juxta originem, pro funiculo bimembri, tanquam a *two* derivatum: & contra-distinguitur præcedenti *twist* funiculo plurimembri, qualis fuerat dum trina contexabantur filamenta.

Then, tum.] Adverbium temporis.

Twice having twisted, cum bis contorserat.] *Have*, est verbum auxiliare præteritum innuens; ut Latinorum tempus præteritum perfectum. *Having*, (propter additam terminationem formativam *ing*,) est istius Auxiliaris Participium: quod cum verbi *twist* Participio Passivo *twisted*, innuit ejusdem *Twist* Participium temporis præteriti significationis Activæ, & quidem Transitivæ. Quale Participium habent Latinorum Verba quæ vocantur Communia & Deponentia, (ut

osculatus

oſculatus *having kiſſed*, loquitus *having ſpoken*) ſed non item Activa. In quibus itaque circumloquutio fieri ſolet ope Conjunctionis, putà *cùm torſerat* vel per Ablativum abſolutè poſitum, ut *torſione factâ*; ſeu *tortis filamentis*: putà *contortis jam ſecundò vice* filamentis. *Twice* bis, bina vice: nempe primò quùm contorta fuerant in funiculo trimembri, deinde in bimembri. In ſolutâ oratione dicerctur, potiùs, *having twice twiſted*; ſed in verſiculo mutatur ordo, ut metro conſulatur.

The twines of the twine, illa bina filamenta hujus funiculi bimembris.] Accuſativus poſt Participium, tranſitivæ ſignificationis *having twiſted*. Priori loco *twine*, cujus plurale *twines*, de binis filamentis contortis intelligitur; poſteriori loco, vox eadem de funiculo ex binis contortis facto dicitur: *Of* (ut prius) præpoſitio, idem innuens quod Latinorum caſus Genitivus.

He twitcheth, the twine he had twined, in twain, raptim divellendo dirimit funiculum illum bimembrem, quem bina contorquendo fecerat, in duo.] *He* ille, Pronomen, ut prius. *Twitcheth in twain*, raptim divellendo dirimit in duo: Divulſionem ſeu, vulſionem in diverſum, innuit *Twain* ex *two* deſumptum: Rapidè factam, innuit verbi *Twitch* terminatio *itch* rapidiſſima: atque, actu diremptum, innuit illud *in twain* in duo, ſive in bina, nempe in duas partes divulſum: Non quidem, ut prius, detexendo; ſed rumpendo. Terminatio *eth* in *twitcheth*, eſt formativa tertiæ perſonæ. *The twine he had twined*, eſt Accuſativus Objecti, poſt Verbum Tranſitivum *twitcheth*. *The twine*, funiculum illum bimembrem; illum, inquam, quem contorquendo fecerat; & bimembrem,

brem, sumptâ scilicet voce *twine* stricto sensu, tanquam ex *two* derivatâ. *The twine he had twined*, pro *the twine which he had twined*; per Ellipsin Relativi *which*, nobis admodum frequentem. *He had twined*, ille ex binis contorquendo fecerat: *Contorquendo fecerat*, inquam, Potiùs quàm *contorserat*, propter Accusativum Effecti, non Objecti; unde redditur verbum *twine* dupliciter transitivum: sed & *ex binis contorquendo*; nam *to twine* (propter originem suam ex *two*) propriè de binis contortis dicitur; &, ubi de pluribus agitur, dicimus potiùs *to twist*; quod quamvis ejusdem sit originis, solet tamen laxiùs sumi. *Had twined*, contorserat: refert Latinorum Tempus plusquam perfectum: Nempe *have* est auxiliare innuens præteritum perfectum; ejus præteritum imperfectum *had* est Verbum auxiliare pro tempore plus quam perfecto, nempe illud innuens quod non modo *jam est* præteritum, sed & *tunc erat* præteritum; eo scilicet tempore de quo fit sermo. Auxiliari *had*, subjungitur (ut fieri solet) Participium Passivum *twined*, factum a verbo *to twine*, additâ terminatione formativâ *ed*. Nempe, ut pro præterito *torsi*, dicimus *have twined*, hoc est (ad verbum) *habeo tortum*; sic, pro *torseram* dicimus *had twined*, habebam tortum. Tandem, *in twain* dicitur potiùs quàm *in two* (quod tantundem valet) ut Rythmo faveatur; quò versiculi sint, ut nostri solent esse, ἰωσοτέλευτοι.

The twain, bini illa, nempe filamenta.] Accusativus Objecti, (sed mox fusiùs cum suo satellitio protractus,) respondens Verbo Transitivo *doth untwine* in fine versiculi sequentis. Utut enim vox Accusativa stricto ordine sequi debeat Verbum

transitivum

tranſitivum unde regitur (ut loqui amant Grammatici,) non rarò tamen, & præſertim in verſibus, invertitur ordo.

That (pro *which*) quæ.] Eſt nominativus, ſequenti verbo *were intwiſted* præpoſitus.

In twining, contorquendo, in contorquendo, inter contorquendum, in contorſione.] Præpoſitio *in*, cum Verbali *twining*, (ex verbo *to twine*, additâ terminatione formativa *ing* facto) non incommodè per Gerundium exponitur, ſed & (quoniam hic occurrit in conſtructione Intranſitivâ) per Latinorum Verbale *intorſione*.

Before in the twine, priùs in funiculo bimembri.] *Before* ante, Præpoſitio eſt: ſed hic, depoſito caſu, Adverbiaſcit. Componitur ex particula *be* (hoc eſt *by*,) & *fore*; quod quamvis ſeorſim nunc non occurrat, conſpicitur tamen in derivatis & compoſitis, *former*, *formoſt*, *firſt* (hoc eſt *for'ſt*,) *forth*, *forward*, *fore-mentioned*, *fore-going*, *fore-runner*, *foretell*, *foreſight*, *forecaſt*, *foreſhip*, *foreman*, *forehorſe*, *fore-ſide*, *afore*, *before*, &c. Et deſcendiſſe videtur, vel à Græcorum πρὸ vel Latinorum *præ*, ſeu *pro*, (quod in *promoveo*, *procedo*, *proſequor*, *prorſum*, *protenus*, *prorca*, *pronus*, aliiſq; conſpicitur) eodem ſignificatu; tranſeunte *p* in *f* (ut in *father*, *fiſh*, *fear*, *fill*, *file*, *fell*, *few*, *fire*, *flat*, à pater, πλὴρ, piſcis, pavor, pleo, polio, pellis, pauci, παῦροι, πῦρ, πλατὺς,) & tranſpoſitâ vocali *e*, (ut in Gallorum *pour* pro:) omnino ut ab altero *pro* (hoc eſt, *propter*) fit noſtrum *for*. *In the twine*, in funiculo illo; nempe proximè memorato.

As twins, tanquam gemelli.] *As*, ut, ſicut; Adverbium eſt. *Twins* Gemelli; propriè dicitur de binis infantibus eodem partu editis: &

Twin

Twin de eorum alterutro. Dicitur hic *Twins* sine articulo: nam demonstrativus *the* non conveniret; non enim de certis Gemellis determinatis agitur (quos *the* indicaret,) sed Gemellis quibusvis: nec conveniret articulus numeralis *a* hoc est *one*, (quod individuum vagum notaret,) quoniam de pluribus agitur: sed ipso numero plurali id indicatur, quod indicaturus esset numeralis articulus; nempe ut *a* individuum seu particulare unum aliquod generali nomine comprehensum innuit; sic numerus pluralis innuit plura istiusmodi, & quidem Vaga si (ut hic) solitarius ponatur, & non articulo demonstrativo *the* (aliâve voce quæ tantundem innuat) determinetur.

Were intwisted, erant invicem contorta.] *Were* est præteritum plurale verbi *Am* sum. *Intwisted* est Participium Passivum, (propter terminationem formativam *ed*,) cujus ope cum verbo *Am* sum, totam Latinorum vocem Passivam exprimimus; quod in linguis modernis aliis usu venit, & in ipsâ quidem Latinâ in aliquibus temporibus. *In* hic loci valet *invicem* seu *inter se*.

He now doth untwine, ille jam detorquendo resolvit, dissociat.] *He* ille, Pronomen, ut supra. *Now* nunc, Adverbium. *Doth*, tertia persona verbi Auxiliaris *to do*, quod est temporis præsentis emphatici indicium. *Untwine*, Infinitum, sed sine particulâ *to*, verbo Auxiliari postpositum. *Un* particula, cum verbo *twine* composita, dissolutionem innuit seu destructionem illius quod ipsum *twine* consturxerat. *Untwine* detorquendo resolvit, occurrit hic sensu transitivo, propter Accusitivum Objecti *the twines* in principio versiculi præcedentis; non autem dupliciter transitivo, quod

quod foret si de funiculo torsione priùs facto diceretur.

Twixt the twain, inter bina illa, nempe filamenta.] *Twixt* seu *'twixt*, resciſſo capite, pro *betwixt*, inter; tantundem valet atque *between*; ex quo formatum videtur, quasi *betweenſt*, ut ab *among*, fit *amongſt*. De binis dicitur, & quidem *the twain* illis binis memoratis.

Intertwiſting seu *Entertwiſting*, torquendo interſerens seu interſerendo.] Perinde est sive per Participium præsentis sive per Gerundium exponatur. *Inter* seu *Enter*, idem hic innuit quod *inter* Latinorum; sive autem per *i* scribatur Latinosum more, sive per *e* more Gallorum, perinde est, utrumvis enim promiscuè scribimus. Terminatio *ing* est formativa, sive Participii, sive Gerundii. Occurrit sensu transitivo, propter sequentem Accusativum *a twine more*. Et quidem præpositio *inter*, ut & illud *twixt*, hic fortiùs accipitur; non (ut aliquando) ut existentiam in loco, sed ut motum ad locum innuat: non tam priùs intermedium existens contorquet, quam torquendo interponit.

A twine more between, unum adhuc aliud filamentum in medio.] *A twine* aliquod filamentum; ut supra. *A twine more* unum filamentum amplius. *More* est comparativus gradus tum a Positivo *many* multa, tum a Positivo *much* multum, (ut significet nunc *plus*, nunc *plura*:) usurpatur hic adverbialiter, *unum adhuc filamentum*, seu *unum porrò filamentum*, nempe, præter illa duo: (nisi quis *plurem* dictum malit.) *Between* inter, adverbialiter sumptum, seu in medio.

He, twerling his twiſter, ille gyro celeri fortiter undo, seu versans, versorium suum, seu torsionis

sionis instrumentum.] *He* ille, est Nominativus respiciens Verbum *makes* quod sequitur. *Twerling*, propter formativum *ing*, indifferenter vel per Participium Activum, vel per Gerundium exponitur. *Twerl* conversionem in gyrum, celerem fortémque, innuit. Sensu transitivo usurpatur, respiciens (non filum ut priùs, sed) ipsum torsionis instrumentum. *His*, contractum ex *hee's*, suum: Pronomen Possessivum. *Twister* Versorium, contorquendi instrumentum; Agentem seu Efficientem innuit (propter terminationem formativam *er*,) sed minùs principalem.

Makes a twist of the twine, facit ex bimembri funiculo funiculum plurimembrem.] *Makes*, pro *maketh*, facit; tertia persona singularis pro tempore præsenti, (propter formativum *eth* vel *s*,) Verbi *Make* facio. Usurpatur sensu transitivo propter sequentem vocem Accusativam. *A twist* funiculum, seu funiculum quendam, (propter articulum numeralem *a*,) & quidem plurimembrem, utpote bimembri *twine* contradistinctum. *Of the twine*, ex illo funiculo bimembri. *Of* respondet hic non tam Latinorum Casui Genitivo, quam Præpositioni *Ex*. *The twine* funiculo illo bimembri; sumptâ voce *Twine* sensu stricto, ut ex *Two* derivatâ.

Notandum interim ut ut in his Versiculis sic expositis congenias voces selegerim, non tamen deesse alias voces (pro copiâ linguæ nostræ, adeoque non vitio vertendas,) funium tortorum varia genera designantes. Nempe, Subtilissimum dicimus a *thread* filum, seu filamentum tenue; post hoc, a *twine* filum duplicatum, ex simplicibus binis contortis; deinde a *twist*, spiram paulo majorem

sive

sive ex binis sive etiam pluribus membris constitutum; tum *a breade*, *a wreath* spiram; *a string*, lorum; *a band*, vinculum, *a line* lineam seu funiculum minusculum; *a chord* chordam sive funiculum adhuc majorem; dein *a rope* funem majusculum; & tandem *a cable* funem nauticum grandiorem. Sed & alia sunt vocabula funiculos peculiaribus usibus speciatim distinatos insinuantia; ut *shop-threed*, filum officinarum, minoribus mercibus ligandis inserviens; *Pack-threed*, filum crassius sarcinulis colligandis destinatum; *a lute string*, barbiti chorda musica; *a bow string*, arcûs chorda: *a fishing line*, linea piscatoria; *whip-chord*, funiculus tenuis sed duriùs contortus flagellis conficiendis aptus, in equitantium præsertim usum ad incitandos equos; *a hat-band*, spira pileis circumponi solita; *a jack-line*, *a clock-line*, funiculus aptus appendendis ponderibus pro movendis automatis; *a halter*, capistrum; *a bed-chord*, funiculus in lectisternio lectis subtendi solitus; *a Cart-rope*, funis ductarius, in plaustrorum usum. Aliáque his similia.

Poesin quod spectat, (ut illam leviter attingam;) versus plerumque nostri (præsertim Heroici, & in graviori materiâ,) Jambici esse solent; ex quatuor aut quinque pedibus; nonnunquam ex pluribus, aut pauciotibus, & Rythmici plerique omnes, ut in aliis modernis linguis nunc fieri solet. Verùm (præsertim in materiâ leviori,) Trochaici, Dactilici, aliique non rarò adhibentur, pro Poetarum arbitrio.

Qui hic habentur, sunt Anapæstici; ex puris Anapæstis fere conflati: Nisi quòd in loco primo spondæus aliquando pro Anapæsto occurrat; sub-

stitutâ

ſtitutâ ſyllabâ longâ pro initialibus duabus brevibus; (ut in verſibus quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, nono, decimo & duodecimo:) & quidem, verſu ſecundo, pes proceleuſmaticus, ex quatuor brevibus; nempe ſi *twiſting* habeatur pro duabus brevibus ſyllabis loco unius longæ: ſed dicendum potiùs *twiſt* ibidem eſſe ſyllabam longam, & *ing* ſuperfluam, raptim proferendam ita ut menſuram non turbet; (quod rariùs quidem apud Latinos, ſed Græcos Poetas ſæpiſſime fit;) aut *twiſt* ſeſquibrevem eſſe & *ing* ſemi-brevem, quæ ſimul æquivalent uni longæ; quod apud Muſicos fieri ſolet in notis (ut loquuntur) punctatis. (Pariterque dixerim in penultimi verſus initio; nempe *twixt* ſeſquibrevem, & *the* ſemibrevem, loco duarum brevium adhiberi.) Si tamen libuiſſet dialyſin illam vitare verſu ſecundo; omitti poſſet particula *of*, eodem ſenſu manente; & quidem ſecundum analogiam linguæ utrumvis perinde dicitur. Idem dicendum de voce *Twiſter* verſu ultimo, quæ (aeſi *twiſt'r* ſcriberetur) occurrit loco unius ſyllabæ longæ; aut etiam, ſeſquibrevis cum ſemibrevi, pro unâ longâ. Syllabarum autem quantitatem quod attinet, non nobis eſt (ut olim Latinis plerumque) ejuſdem vocis ſyllabæve eadem ubique quantitas: Sed magnâ libertate utimur; id præſertim attendentes, ut illæ ſyllabæ quæ ſive pro vocis ſive pro ſententiæ ratione cum potiori emphaſi proferendæ ſint, ſortiantur ſedem longarum ſyllabarum, ut productiori ſono proferantur; ſyllabæque minùs emphaticæ loco brevium. Quod ſi obſervetur, verſus molliùs fluet, erítque auribus gratior, ſin minùs, ingratior erit, atque aſperiùs incedet. Sed de Metro non eſt hic prolixè dicendi locus. Ver-

Versiculos autem sic exposuimus, ut & conjugatarum Vocum mutuam Cognationem ostenderem, & singulatum Emphasin, quæ apud nos tanta non rarò existit, ut longâ periphrasi opus sit, vocibus singularibus explicandis. Unde factum est, ut quæ in linguâ nostrâ acutè & pressè scripta sunt, difficilius in linguas alias transferantur, & vix quidem aut ne vix quin flaccescat stylus, & acuminis vigor; quæ autem in aliis scripta sunt, in nostram multò facilius, eâdem elegantiâ & cum eodem acuminis vigore, transferantur.

FINIS.

INDEX.

Tractatus Proœmialis.

De Loquelâ; sive Literarum omnium genuino Sono, earumque in ore aliisque vocis organis Formatione.

SECT.

1. *De loquelâ in genere, ejusque affectibus.* pag. 1.
2. *De Vocalibus, earumque formatione.* 4.
3. *De Consonantibus, earumque formatione.* 10.
4. *De Sonis Compositis.* 27.

Gram-

CAP.

1. De Linguæ Anglicanæ Pronunciatione; ſive literarum Sono apud Anglos. 33.

SECT.

1. *De Literis in genere, & primò de Conſonantibus.* 33.
2. *De Vocalibus.* 39.
3. *De Diphthongis.* 50.
4. *De Conſonis aliquot Conjunctis.* 53.

CAP.

2. De Nomine Subſtantivo. 56.
3. De Articulis, *A* & *The*; eorumque uſu. 60.
4. De Præpoſitionibus, earumque uſu. 62.
5. De Adjectivis. 67.
6. De Gradibus Comparationis. 74.
7. De Pronominibus, ſeu Nominibus Perſonalibus. 75.
8. De Verbo. 80.
9. De Verbis Auxiliaribus mutilis; *Do, ſhall, will, may, can,* & *muſt*; eorúmq; uſu. 83.
10. De Verbis Auxiliaribus integris, *Have* & *Am*: eorúmque uſu. 85.
11. De ſede Uocis Nominativæ & Accuſativæ; aliiſque ad Verborum Syntaxin

taxin ſpectantibus. 88.
12. De Verbis Anomalis. 91.
13. De Adverbiis, Conjunctionibus, Præpoſitionibus, & Interjectionibus. 98.
14. De Etymologiâ; ſive Vocum Derivatione, ſeu cognatione mutuâ. 102.
15. De Poeſi. 133.

Praxis Grammatica. 135.

Prima; Oratio Dominica. 136.
Secunda; Symbolum Apoſtolicum. 148.
Tertia. 163.